


0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10



El collegio de la conf de 185 de grajada
TRACTATVS A. 19500

SACERDOTIA-
BIS D. NICOLAO
DE PLOVE, DO-
ctor Decretorum,
authore.

Huic accessit confessionale diuī
Thomae de Aquino.



Thomas Bertellus

1561

MEdice, cura te ipsum! Luc. 4.
 Sicut ait Gre. j. parte sui Pa-
 storalis. c. 2. **Q**uis autem cogi-
 tationum vulnera occultiora
 nesciat esse vulneribus viscer-
 rum? Nimirum videf medici-
 cum spiritualem multo subtiliore debere fore
 medico corporali: qui, ut bene curet vitia, mul-
 ta peritia opus habet, praesertim ut vim pigmē-
 torum spiritualium consideret prius, quam cae-
 ros curare desideret, circuquamq; regulas medi-
 cine cognoscat. Alioquin si artis spiritualis im-
 peritus & in seipso ignorantiae cōfossus vulne-
 ribus, alios mederi p̄perer: audire nō immeri-
 tō merebitur: Medice, cura te ipsum. Magna q̄p-
 pe stultitia est (ut idem ait Grego.) si aliquis
 alios mederi properat, qui ipse in facie vulnus
 portat. Et maxima planè dementia est (ut in-
 quirit in pastora. c. ij.) dum hi, qui nequaquam
 praecepta spiritualia cognoverunt, cordis se
 medicos profiteri non metuunt: dum qui pi-
 gmenorum vim nesciunt, videtur medici carnis
 erubescunt. Recte igitur cuilibet talium dici-
 tur: Medice, cura te ipsum. Quos igitur
 eos cognitum appellare ad praefer-
 uenit, quam curatores animi
 et rectores ecclesiarum, cu-
 est traditus, pro quo nō

A
2
1450

qui proprio filio suo non pepercit: vt dicitur
 Rom. 8. Quibus etiam ille vulneratus, qui in-
 cedit in latrones, curandus, fouendusq; velut
 Samaritano relitus est. Luce. 10. **V**nicuique
 enim ipsorum dicitur: Curam illius habe. Et
 rursus Deus per prophetam. Custodi vitrum
 istum: qui si lapsus fuerit: erit anima tua pro
 anima ipsius. Porro dominus per Ezechielem
 3. & 31. cap. comminatur cui libet curatori di-
 cens: Sanguinem eus de manu tua requiram,
 quasi dicat: quia vita & mors subditorum po-
 sita est in manibus Praetatorum. Vnde dicitur
 Iudith 8. Ex vobis pendet anima illorum. Hac
 itaque sententia commonitus quisque praetatorum &
 rectorum penset periculum sui regi-
 minis, & artem doctrinamque discat spiritualia
 curationis: quatenus in se ignorantiae cura-
 re possit vulnera, & in subditorum cordibus
 per sanam doctrinam & salubrem p̄emiten-
 tiā sciat sanare contagia delistorum: ne (p
 absit) dum sanandi regulas nesciat, & ad sa-
 nandum communios subditos festinet, iuste si
 bi obijci ab eisdem audias: Medice, cura
 te ipsum. Recte namq; praetato ignorantie di-
 citur, ut prius in se sufficiens in artem curandi
 spiritualium morborum habeat, q; am impla-
 strum sanandi vulneribus achiheat. Nam
 (ut ait Gregorius in registro) verecundum
 2. a 2 est

est, & dicere, pudet quod sacerdotes ducatum arripiunt, qui exordium religiose vitae non nouerunt. Licet in quibusdam catholicis ministerijs ignoratia toleranda foret, eo quod in plerisque melius est nephare, quam curare. In quibusdam etiam iusta Augu. in lib. de verbis domini, Melior est fidelis ignorantia, quam temeraria sciencia. In ecclesiasticis tamen ministerijs ordinandis disponendi; omnino damnabilis est. De quibus est illud verbum Apostoli. ad Cor. 14. Si quis autem ignorantia, ignorabitur. Ordinis namque ignorantia, quo videlicet ordine quicquam agendum est in ecclesia, conturbat negotiorum naturam, formamque, meritorum. Nam statutis factae iniuriæ, vel contraire: non est intelligere, sed errare: ut inquit Ambros. super Beati immacula. Hinc est ipso dominus requirit seruum prudenter constitutum super familiam suam. Matt. 24. Prudenter dixero, ut sciat quo ordine, quo sensu, quo modo, quo fine quicquam gerendum sit. Alioquin si cæcus cæco ducatum praestet: nonne ambo in foueam cadunt? Matt. 15. Non enim cæcus cæci ducere potest: sic nec indiscretus praelatus subditum indiscretum potest per viam ducere salutis. Et quoniam his periculis temporibus in pluribus ecclesijs contra sancta instituta in administrandis sacramentis, quæ sunt instrumenta spiritualis cura-

turationis, plerosque non tam errasse, quam valde circa eadem cognovimus, adeo ut vera sit illa Rabanensis sententia: Cōmune est medicorum semper circa aegritudines variare. Unde si tres vel quatuor medici veniant ad infirmum: nunquam in affectione vel exhibitione curæ conueniunt. Hæc illæ. Et hoc idem quam verum sit, heu nostris temporibus res fidelibus subiecta populis, quotidiana experientiaclaro manifestat. Profecto siquidem cum aliquod sacramentorum administrandum sit in ecclesia Dei, vix diœcesis unius clerus in ipso ritu canonice tradendu; concordat aut conuenit: sed nunc in ecclesia hic addit: in alia ille minuit: ille præponit postponenda, postponit præponenda. Ille benedictione persuaderet: ille nequaquam assentit. Ille corrigit librum tamquam deuium & erroneum: ille corrigit corrigentem tanquam ignarum. Sic prælati mutua disputatione collidentes, non sine graui scandalo animos subditorum in confusione labryinthum præcipitant & demergunt. Porro, nos Stanislaus Dei & apostolicæ sedis gratia episcopus Possoniensis paterna sollicitudine pastoralis officij excitati, inter tot fluctuagos excursus viam cupientes ostendere certiore, praesentem tractatum de administrandis ritè ecclesiasticis sacramentis, celebriusq; missarium

solemnis, & cœlēsūris ecclesiasticis canonice obseruandis: p̄ venerabilem magistrum Nicolaum de Ploue, Decretorum doctorem, capellānum nostrum deuorum fideliter collectum, & plena discussione masticatum, de fratum nostrorum Postnoniensis capituli consilio & assensu prævia deliberatione approbatū, omnibus & singulis rectoribus ecclesiarum parochialium habendum & tenendum ad vnguem per se & p̄cipimus & mandamus: volentes secundūm ipsum in administrandis sacramentis, celebrandis officijs, censurisq; obseruandis omnes & singulos & dirigi & gubernari. Statuentes q̄ si (quod abſit) quipiani per archidiaconum nostrum, aut per testes nostros synodales tempore vīsitationis repertus fuerit, qui secundūm dicti tractatus formam, modum & dispositionem se non gesserit in omnibus supradictis, aut qui eundem non habuerit p̄ manibus p̄sonam synodalem irremissibiliter persoluendam pro prima vice se nouerit incurſurū, pro alijs vero vicibus ad arbitrium nostrum decātero puniendum.

* T R A C T A T V S
sacerdotalis de administrandis ecclēsiasticis sacramentis, celebrandiisque Missarum solemnījs, & censuris ecclēsiasticis canonice obseruandis: editus per venerabilem virum D. Nicolaum de Ploue, iuris pontificij doctorem ac capellanum ecclēsiae Postnoniensis, fōeliciter incipit. Et primō de sacramentis in genere,



Vonā natura humana post lapsūm considerata sūb alligatione peccati maximē eliget gratia Dei, per quam ab illa infestatione peccati purgetur, & ad statum originalis iustitiae reducatur, iuxta illud: Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei, ad Romā.3. & 5. Talis autem gratia purgans infectionem, in tribus consistit, quæ vniuersaliter sunt necessaria ad salutem: quæ sunt, si res bona operatio, & fidei sacramenta. Hęc autem tria, secundūm Hugo. de sacramentis, lib. 1. p. x. ita

§ DE SACRAMENTI

sibi cohærent, vt salutis effectum habere non possint, si simul non fuerint; quia fides non habet meritum si, dum potest operari, negligit, iuxta illud Iacob. 2. Fides sine operibus mortua est. Nec bonum opus aliquid est sine fide fine qua impossibile est placere Deo, ad Hebre. 1. Et rursus, fides operans hominem sanctificare non sufficit, si eam, quæ in sacramentis Dei consistit, sanctificationem contemnit. Hæc Hugo. Hinc est quod virtus sacramentorum ecclesiasticorum pro salvatori profectu multum est in nobis necessaria: cum ipsa sit occasio & auxilium nostrum à peccato resurgendi: & in ipsis tota medicina nostris vulneribus salutaris consistat, secundum Thom. in compendio Theologicæ veritatis, lib. 6. cap. 1. non quod eis gratia subiectualiter conueniat, vel casualiter per ea efficiatur: cum in sola anima habeat collocari, & à solo Deo infundi. sed quia in illis, & per illas illam gratiam curationis à summo medico Iesu Christo operet haurire, eo quod nō alligavit suam potentiam Deus sacramentis: quin etiam per aliam viam gratiam conferre valeat, secundum Magistrum sentent. lib. 3. dist. 1. propter quod Deus sanans & iustificans peccatorem iustificat ipsum auctoritatib; sacramenta vero esse quinque per gratiam in eis, tāquam in vatis cōtēta

Quid

DEFINITIONE.

9

33. Quid sacramentum, & quot sint.

L Icit autem sacramentum multis modis definitur: tamen secundum doctorum communem concordiam sic definitur in libr. de doctrina Christiana: Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma: ita quod eius similitudinem gerens, & causa existat. Ex qua definitione habentur differentiae sacramentorum veteris & nouæ legis. Illa enim quæ figurabant, non efficiebant: quia gratiam significabant, quam tamen non efficiebant. Sacra menta nouæ legis sunt septem: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Extreme uincio, Pœnitentia, Sacer ordo, & Matrimonium. Ista autem sunt tanquam sufficiētia per Christum ordinata in remedium ecclesie militantis.

Sed circa hoc considerandum est, Primo quod quædam data sunt in remedium viuis personæ: quædam in remedium totius Ecclesie. Illa, quæ data sunt in remedium viuis personæ, sunt triplicia. Quædam enim data sunt in remedium ad intradum Ecclesiam, scilicet Baptismus. Quædā ad egressum de ecclesia: ut extrema uincia. Quædam ad progressum in ea: & hoc dupliciter. Vno modo ad executionem virtutis, videlicet ut à malis non superrenur: & quantum ad hoc est confirmatio. Vel ut bonis adhuc camus: & quantum ad hoc est Eu-

est Eucharistia. Alio modo in reparationem virtutis: quia ipsum hominem in pugna spirituali aliquo modo contingit ledit: & licet est poenitentia. Si autem in remedium totius ecclesiae: hoc potest esse duobus modis. Aut ad remedium multiplicationis spiritualis: & sic est ordo. Aut ad multiplicationem naturalem fidelium: & sic est matrimonium. Quidam autem etiam recipiunt numerum sacramentorum secundum adoptionem virtutum, ut Fidei corresponeat Baptismus, qui est sacramentum fidei. Spei, extremaunctionio, per quam prepararamur quodammodo ad futuram gloriam. Charitatis, Eucharistia. Piudentiae,ordo. Iustitiae, poenitentiae. Temperantiae, Matrimonium, & Fortitudinis, Confirmatio. Adaptatur etiam diuersis generibus culpae um, vitiorum & poenarum: ut Baptinus sit contra culpam originalem: Poenitentia contra actualis & mortalem: Extrema unctionio contra veniale: Ordo contra ignorantiam: Matrimonium contra concupiscentiam: Confirmatio contra infirmitatem: Eucharistia contra malitiam: quia est sacramentum charitatis, quae per se opponitur malitia. Hæc sanctus Thomas super. 4. senten. dist. 2. q. 2.

Secundò credendum & considerandum est. quod solus Deus fuit institutor sacramento-

rum

rum. Et quedam ante aduentum instituit: ut matrimonium & poenitentiam: sed hæc duo confirmavit in novo testamento, dum poenitentiam prædicauit, & nuptijs interfuit. Quod autem dicitur quod Iacobus instituit poenitentiam, Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra: non est verisimile: quia per illa verba, non intendebat aliquod sacramentum instituere, sed promulgare: cum non fuisset auctoritas instituendi aliquod sacramentum apud Iacobum. Item extrema unctione instituta est Mar. 6. ubi legitur quod apostoli unctione aegros multos & sanabantur. Confirmatur autem: quia hoc non fecerunt virtute propria, sed auctoritate Iesu Christi illam virtuosam unctionem institueris. Per illa verba Iacobij, 5. Infirmatur quis ex vobis inducat presbyteros. Et consimili modo intelligendum est sicut de poenitentia dictum est, scilicet, quod per illa verba unctionem promulgauit & docuit faciendam: non autem instituit. Item ordo institutus est, cum Christus dixit, Matthæ. 26. Hoc facite in meam commemorationem. Et Ioannis. 20. Quorum remiseritis peccata. Hæc enim duo pertinent ad ordinem sacerdotalem, scilicet potestas dimittendi peccata respectu corporis Christi mystici: & potestas consecrandi respectu corporis Christi veri,

veri. Hæc Scotus. Item confirmatio instituta est p hoc , q Christ⁹ imposuit man⁹ parvulis. Itē baptis⁹ institutus est p Christū, qn ipse se baptizari fecit à Ioānie, & apostolis formā de dit dicēs: Euntes in mundū vniuersum prædicate euāgeliū baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Itē Eucharistiam instituit in cœna vltima, i qua Apostolos coicavit. Tertiō considerandū est, q secundūm S. Tho. sup 4. Senten. dist. 1. q. 4. artic. 3. effacia sacramentorum est ex tribus, scilicet ex iustitione diuina, tanquam ex causa principali agente, & ex passione Christi, sicut ex causa primaria meritoria; & ex fide ecclesiæ, sicut ex continuatione institutioni principaliter agentis. Et hoc est quod dicit gloss. super illud ad Rōma. 5. In similitudinem prævaricationis Adæ, quod à latere Christi profluxerunt sacramenta, per quæ saluata est Ecclesia.

Quartō considerandū est; q quædā sacramenta sunt necessaria: quædam voluntaria. I. q. 1. c. remissionē, paragra. sed non audū. Nā sacramēta necessitatis sunt ista, Baptism⁹, Confirmation, Pœnitentia, corpus Christi, & vltima vñctio. Et dicunt sacramēta necessitatis ideo: quia sine istis homo nō pot̄ saluari, si ex cōtemp̄tu omittant, & haberi possint. Sacramētum verò baptismi in necessitate à quocunque potest

test conferri, dūmodo in forma ecclesiæ conferatur. de summa trini. & fi. catho. c. 1. in fine. & de cōf. dist. 4. à quodā. & etiā pœnitentia: nā cōfiteri possunt cuicunq; sacerdoti in necessitate, iuxta illud: Cōfitemini alterutrū peccata vestra. non tñ heretico, vel excōicato. Sacramenta verò voluntaria sunt illa, quæ omittere non est peccatum: quæ dicunt sacramenta dignitatis. I. q. 1. paragraph. sed notādū, vt sunt ordines, qui à digniorib⁹ conferunt, id est ab ep̄is: vel quia nō nisi digni ad ordines assumēdi sunt. Itē matrimonium. Sine huiusmodi em̄ sacramētis bene possumus saluari. 22. q. 4. paragrapho, vlti. ad finē. Hæc omnia habentur in glossa in cap. veniens. de transactionibus.

De sacramento Baptismi.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Ioan. 3. Et de consecra. distinct. 4. filius Dei. Sicur dicit Guido de Bas. de cōf. dist. 4. c. placuit, post Augusti. Corpus non fecit animam peccatricem, sed peccatrix anima corruptibilem carnem fecit. Peccauit quidē anima primi hominis, & per peccatum corruptit carnem; postea vero cato cum non posset se vindicare ex toto in ista anima, voluit vindictā sumere de qualibet anima consimili: scilicet ut quam cito sibi infunderetur anima: ex ipsa, id est ex eius

eius corruptione innasceretur peccatum in ipsa anima. Hoc autem est peccatum originale: quod quidem animae imputatur, cum quedam digna retributione innascantur animae. Quoniam igitur ab hoc peccato non potuimus perficere liberari, nisi per baptismum, in quo anima nostra quodammodo renascitur spiritualiter, & quem natura fuit filia irae Dei, sit filia adoptionis: ideo Saluator veniens in mundum proclamans necessitatem huius sacramenti baptismi dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua. Glossa scilicet exterius abluerendo corpore, & interius Spiritu sancto mundando animam, non potest intrare, &c. Ex quo patet necessitas huius sacramenti. Et quia baptismus est ianua omnium sacramentorum: ideo de ipso primò videndum est. Erit autem triplex consideratio circa istud sacramentum. Primò videbitur de ipsis substantiis. Secundò, de ipsis accidentibus. Tertiò, de ipsis cunctis. Quam triplicem considerationem circa quoddlibet sacramentum in praesenti tractatu seruabimus.

Baptismus quomodo definitur.

DEFINITUR autem sic: Baptismus est ablutio corporis extetius facta sub forma verborum prescripta. Quinque vero sunt de substantia baptismi. Primum est intentio: & sufficit generalis; scilicet quod baptismus intendat

tendat illud facere, quod facit ecclesia. Melius tamen est, si fiat specialis intentio, scilicet ut baptizans intendat quod baptizandus mundetur in anima a peccato. Similiter requirit intentio illius, qui baptizatur, si est adultus: quia inuitus non reciperebat sacramentum: ut dicitur in canticis maiores. de baptis. & eius effectu. circa finem. Secundum est fides baptizandi: quia in adultis requiritur fides propria: sed in parvulis aliena: quia parvuli baptizantur in fide ecclesie. Tertium est expressio vocalis, formae a Christo instituta: quae est haec: Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Circa cuius prolationem videar baptizans ne aliquam dictiōnē omittat, nec etiam addat aliquam ultra: vel ne transponat dictiones, vel commutet aliqualiter nomina personarum. Unde si diceretur, In nomine genitoris: & geniti, & procedentis a virtute: non esset baptisatus. Item non debet omitti illud pronomen in principio positum, scilicet Ego: quia licet non sit de forma quantum ad necessitatem sacramenti, sed ex constitutiōne ecclesie: peccaret tamen omissens, quamvis ibi esset baptisatus. Ita notatur de baptismo & eius effectu: cap. vii: etiam dicitur, quod si immersens puerum, & dicens: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti: pratermitat, ego te baptizo: non est baptisatus. Graci autem

autem & Rutheni dicunt q̄ expressio ministri sc̄lz ego, non sit de necessitate formæ: quia ex eo baptismus efficaciam non habet. Sed persona recipiens est de necessitate formæ: quia actus ad recipientem terminat. Ideo differunt à nobis in forma quātum ad tria. Primo, quia personam ministri non exprimunt, ad remouendum dubium primitiæ ecclesiæ, quæ efficaciam attribuebat baptizanti: vt patet. i. ad Cor. 4. Secundo, quia significant actū sib̄ ter tia persona cū optatiuo modo vel cōiunctiō v: baptizetur seruus Christi. Tertio, psonam baptizati in nominatiuo exprimunt, vt dictum est. Vtrum ipsi h̄ic mutent de substantia formæ, ita vt oporteat rebaptizare, non est determinatum: sed certū est q̄ nostra forma est melior. Hinc sanctus Thom. distin. 3. q. 2. artic. 1. Et licet in primitiua ecclesia ex speciali consilio Spiritus sancti baptizauerunt in nomine Christi, & propter modum significandi: quia quodammodo secundum Ambrosium tota Trinitas in hoc nomine intelligit: & propter reuerentiā significati, vt illud nomē celebre & virtuosum redderetur, cessante tamen hac causā iam non licet sic baptizare, secundum Theologos. Si quis tamen esset baptizatus in nomine Christi: faciendum esset cum eo, sicut in alia dubijs: ex quo non est simpliciter determinatum

minatū per ecclesiam, talē baptismū non valere, ita quod talis baptizaretur his verbis: Si baptizatus es: ego nō te rebaptizo. Si nondū baptizatus es: ego te baptizo in nomine patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et idē fiat quādo baptizantur Rutheni & Græci: quia nō constat illorū formā simpliciter non valere; pr̄ assertum cū ecclesia scit & tolerat eā, nec expressè reprobat. Quartū, quod requiritur ad substantiā baptismi, est materia debita, scilicet ablutio p elementum aquæ in toto corpore, vel in parte digniori. Quintum, q̄ illa ablutio fiat ab uno & eodē tempore, quando forma verborum ex primitur: ita q̄ unus verba proferat, & eo tempore puerum immergit. Ista autem immersio debet fieri trina vice: nisi necessitas magna suadeat aliud facere; vel si baptizandus esset adul tus, & per sacerdotem ter immergi non potest: tūc enim sufficit trina aspergō aquæ. Quod eccl̄sia in pluribus locis feruat, & in parvulis ppter pericula, quæ accidere possunt circa totalem immersionem, parvuli. Vnde grauijter peccaret, qui semel tantum immergeret: quia contra ecclesiæ consuetudinem faceret. Scindunt est autem q̄ secundum Ioannem Parisensem super. 4 distin. 2. cap. 4. aquam baptisini oportet de necessitate esse sanctificatam: quia Dominus contactu suę mundissime car-

nis vim regenerativam aquis contulit. Sed tamen aqua debet esse simplex, sic quod nō mutetur species aquæ, quantuncūque que fiat cōmīstio. Vnde pōt fieri baptismus in lixiuio, vel aqua maris, vel sulphurea, vel in aqua expressa mundē de luto. Et dico mundē expressa, id est liquidē & apparenter, sic q̄ ibi appareat vera aqua: quia aqua imbibila spissō luto: nō potest fieri conueniens materia hui⁹ sacramēti. Et hui⁹ ratio: secundūm doctōrē subtilē, vbi suprà, est: quia lotio est materia pxima, vel quasi per se fundamētū, vel pars fundamēti istius sanctificationis: aqua autē est materia remota. Vnde aqua imbibita spongī, vel spiso luto, etiam si tangit carnē: tamen non est conueniens materia ad baptisnum: quia talis contactus non est lotio. Et similiter in glacie non est lotio, nec in niue, eō quād nō est aqua fluida lotioni conueniens. Similiter aqua rosacea, vel aqua expressa de floribus, vel brodium nimis spissum, in quo plus est de pinguedine, quam de aqua, nec aqua mixta cum luto multo. Similiter vinum & saliuia, aut etiam hominis vrina, non sunt conueniens materia bāptisini, eō quād aqua ibi est mutata in aliam s̄eciem. Vbi tamen nō tanta transmutatio esset, sicut in brodio, medone, ceruisia, & sic de alijs liquoribus, dubitant doctores non esse materiam istius sacramēti

sacramēti. Ego tamen omnino reprobo in istis liquoribus heri sacramētū, propter defectū significationis. Aqua enim baptismi signat illam aquām, quæ fluxit à latere Christi in cruce, quæ fuit vera aqua elementaris, & non miraculosa, propter significationem baptismi: sic etiam & sanguis verus fuit, qui inde profluxit.

Ratio autem institutionis in isto elemēnto est ex parte conuenientiæ: quia est frigida, fluida, lucida, necessaria, & communis. Et hæ omnes propriétates conueniunt huiusmodi aquæ, in qua dēbet fieri baptismus, qui est ad reprimendum feruorem concupiscentiæ, ad flectendū rigorem inobedientiæ, ad illustrādum claritatem fidei, ad introducendū viam salutis. Item aliā ratio: quia per baptismum ab his malis liberamur, scilicet ab immunditia, ignorantia & concupiscentia: vt patet ex proprietatibus aquæ, scilicet puritate, per quam mūdamur: perspicuitate, per quem illuminamur: & frigiditate, per quam ab æstu concupiscentie temperamur. Fit etiam baptismus in aqua, ne quém inopia alterius liquoris excusaret, & ne propter defectum periculum salutis homines incurrerent, & vt inueniatur apud omnes communis materia baptismi.

Quod triplex est Baptismus.

PRÆTEREA sciendū q̄ triplex est baptis̄m⁹, scilicet fluminis, qui fit in aqua cōiter: & talis liberat à pena & culpa, & gratiā infundit in habitu, & characterē imprimit. Alius est flaminis: qui tūc fit quādō quis desiderat baptati, sed non habet per quem baptizetur. Talis in fide saluabif̄, put determinatū est in decreto apostolicā de presbytero nō baptiza, & idē pater p̄ Augu.lib.7 de ciui.Dei. & libr.3. de vni.bap. & per beatū Ambro. de obitu Valentiniiani. Et hic delet culpā, & gratiā habet in visu, in quo mēritū consistit. Tertius est baptimus sanguinis, qui fit in martyriq̄ p̄ Christi nomine suscep̄to: vt patet de innocentib⁹. Et quidam dicūt etiā de latrone dextro: sed nō videtur esse verum, cūm ille non possit dici martyr ex poena crucis, eō q̄ nō p̄ veritate, aut iustitia, aut fide Christi: sed p̄ suis sceleribus passus est, sicut solus cōfitetur dicens, Nos quā digna factis recipim⁹, &c. Videf̄ ergo pot⁹ q̄ baptizatus est baptismo fluminis, propter confessionē fidei, quā habuit ad Christū, credens eum Deū & hominē esse. Et iste baptismus ab omni tentatione liberat, & confert statim præmiū: quia martyres statim euolant in cœlum sine retardatiōe: sicut patet de sancto Stephan. dicēte, Video cœlos apertos.

Act.7.

Act.7. Itē in hoc sacramento quoddā est sacramentū tātū: vt est ablutio exterior in corpore. Quoddam, res taptū: vt gratia interior. Quoddā, res & sacramētū: vt character in anima. Et sic qui sicutē baptizatur cū p̄posito peccandi mortaliter, nec attritus, vel qui erat in articulis fidei, vel qui dicit sacramēta nō valere: talis recipit sacramentū, & nō saluatur. Qui vero desiderat baptizari, & nō habet per quē recipiūt rem & sacramentū, vt paruuli, exterius & interius mundātur: quia recipiūt exteriorē ablutio nē iq̄ corpore, & impressionem characteris in anima. Est autē character distinctio à characterē æterno, impressus animæ rationali secundū imaginē configurans Trinitatē creatā, id est hominē, Trinitati creanti. id est deo: & distinguens à nō cōsignatis secundū statum fidei. Et hoc est tantū dicere q̄ character est quēdam qualitas seu signū consignatiuum Christo, distinctiuum ab infidelibus, & assimilatiū fidelibus, & dispositiuum ad gratiā. Et talis character est in fidelibus potentię cognitivę intellectiuę; in qua principaliter constituit imago: ex qua etiā homo habet q̄ sit homo: si cut ex appetituia habet q̄ sit bonus vel malus. Et ratio, secundū Thomā distinctione quarta, quēstio.3.arti.4. quia impressio characteris est

b 3 per

22 DE BAPTISMI ACCID.

per quādam animæ rationalis sanctificationē: prout sanctificatio dicit deputatio alicuius ad aliquid sacrū. Ad hāc autē sanctificationē nō magis actiū opera anima sanctificanda, quā aqua sanctificanda, vel oleū, vel chrīma ad iūi sanctificationē: nisi quodd homo se subiicit tali sanctificationi per coensem. Res autem p̄dī et̄ subiiciuntur: quia libero arbitrio carent. Et ideo qualiū erunq; anima varie p̄ proprias operatiōes: nunquā characterem amittit: sicut nec chrīma, nec oleū: nec panis cōsecratus vñ quā sanctifica: ionē perdunt, qualiterq; trāf mutetur, dūmodo nō corrumptatur. Nullus autē potest bis baptizari: quia Dōmin⁹ cōstituit baptis̄mum irreiterabilem: & hoc propter plenam remissionē tam p̄cē quam culpæ que sit baptismo: alijs dareter occasio sepi⁹ delinquenti. Hęc Scotus super. 3. senten. dist. 4. q. 5.

33 De baptismi accidentibus.

Consequenter de accidentibus baptismi restat videre. Sunt autem octo de solēnitate baptismi, que nō sunt de substantia. Versus. Sil, oleum, chrīma, cereus, chrisinale, salvia, Flatus virtutem baptismatis ista figurant.

Hęc cū patriniis non mutant, sed tamē ornāt.

Inungitur aut̄ baptizandus in quatuor locis, scilicet in fronte, v̄ fidem publicē p̄dicit: & hoc fit in confirmatione p̄ episcopū. In veritate

DE CAVTEL.CIRCA BAP. 23
tice, vt agenda facilius cognoscat. Inter scapulas, vt iugū Christi suauiter portet. In pectore, vt Deū dulcissim⁹ diligat. Sed de istis omnib⁹ mēlius videbitur infra in practica hui⁹ sacramēti.

34. De cautelis circa hoc sacramētum seruandis.

Nunc de cautelis circa istud sacramētum adhibend.s est videndum.

Primo caueat sacerdos ne in priuatis domib⁹ baptizet infantē vel adultū, nisi esset puer regis vel principis: quib⁹ in hoc deferat. Et hoc intellige p̄ter casum necessitat̄: alicquin in necessitate p̄t baptizare ybiq;: vt si puer esset in mortis articulo: aut deserentes haberent iniurias capitales, p̄out hoc totum notatur in Clemē. vnica de baptismo & eius effectu.

Segunda cautela, Caueat ne quē coadūtē baptizet: vt Iudeum, vel Paganum. Et hoc si reclamat, aut protestat, ut aliquo signo exteriori suū dissensu. Nā talis non recipit sacramētum, nec cogitur legē Christianā tenere. Si autē metu mortis vult baptizari ne cremeatur, vel suspendatur pro suis excessibus: talis si non reclamat, quanvis intus dissentit, vt sacramētū recipiat: tanē tenetur legē Christianam seruare.

Tertiō caueat: nē baptizet amentem vel fatus seu furiosum: veruntamen, vt dicit san-

Etus Thomas, amentes à nativitate recipiūt sacramentum, sicut & pueri. Et illi qui incurruunt amentiam ex infirmitate postquam habuerūt usum rationis & lucida interualla, & habuerūt tunc propositum recipiendi baptisma: tūc suscipiunt sacramentum & rem, etiam si actu cōtradicāt quādo baptizant in amentia: alias nō. Et sic intelligendum est quod dicit August. 4. confessionum de amico suo, qui dum desperaret, baptizatus est nésciens.

Quarto caueat ne Iudæū vel Paganum statim baptizet, & nisi prius de fide instruatur, de consecra distin. 4. iudæū. Et hoc ne ecclesia in talibus decipiatur. Et hoc est verum, nisi necessitas aliqua eis imminerer.

Quintò caueat quādo simul plures baptizat, ne dicat, Ego baptizo vos: quia grauiter peccaret secundūm Tho. & tamē essent baptizati. Et ideo cūdūm plures baptizat, ad quēlibet feorūm dicat, Ego te baptizo, &c. Hæc sancto Tho. Si tamē maxima necessitas instaret, vt si portarent duo vel tres pueri simul debiles & infirmi quasi agonizantes: tūc videtur mihi quod possit dicī, Ego vos baptizo, &c. ne propter dilationem vltiorem pueri morentur.

Sextò caueat ne variet formam per aliquā interpolationem magnā, per quam discontinuaret actu. hoc enim multūm noceret secundūm

dūm

dūm Petrum de Tarā super. 4. senten. dist. 3. q. 2. Modica tamen interpositio vel interruptio nō nocet: vt si dicatur, In nomine patrie. & tūc forte aliquod impedimentū sacerdoti occurret, vt si madidaretur sibi manica superpellicij, vel simile, ita q̄ diceret ministro, vide ne madidet superpelliciū, vel simile, & tunc vlt̄ri⁹ prosequereſ: & filij & spiritus sancti: non variaret baptismū. Similitet de rūſi, si acciderit tēpore prolationis, dicēdū est: aut etiā de silētio lōgo inter verba longa. idem intelligendum est secundūm Tho. super. 4. dist. 3. q. 3. artic. 1.

Septimò caueat sacerdos ne in peccato mortali existens baptizet cū solennitate more solito puerum: quia peccaret mortaliter, secundūm S. Tho. & Petr. de Thareh. supr. 4. distin. quæſt. 2. quamuis puer baptizetur in hoc casu. Et baptismus confertur tam per malum, quam per bonum ministrum: quia bonitas ministri non est de necessitate baptismi, sed de cogrēntia. Nec peccat suscipiens baptismū à malo sacerdote tolerato ab ecclesia. secus est de præciso ab ecclesia, vt ab heretico, schismatico; ex communicato: à quibus nullo modo recipiendus est baptismus, nisi in casu necessitatis: tunc etiam à non baptizato, vt à Iudeo vel Paganō posset recipi quantuncunq; malo, dummodo in forma ecclesiæ redderetur, cum intentione videli-

videlicet faciédi illud, qđ facit ecclesia. Veritatem licet baptismus à malo sacerdote tolerato ab ecclesia nō vitief quātū ad sacramētales effectū: tamē à bono sacerdote melius recipif, si habeti pō: quia secūlūm beatū Thomā, cū effectu principalī pōt aliquid addi plus ex merito baptizantis. Ex hoc patet quām damnabile & periculosum est sacerdoti morari in peccato mortali ad vñā horā, cūm semper debeat esse paratus ad ministrandum sacramenta.

Sed circa hoc nota qđ licet in casu necessitatis Iudeus . vel Paganus possit baptizare: non tamen possit leuare de fonte, secundūm Thomā. Ratio: quia in primo casu baptizando potest tenere vices Dei, cūm sit eius creatura: sed in secundo non: quia non est membrū ecclesiae: nec etiā aliquam cognitionē spiritualem contrahit , cum sit expers spiritualis gratiæ. Hæc Thom. super. 4. distin. 6. arti. 2.

O&tauò attendat vt habeat circa baptizandum actualem intentionem baptizāti: & maxime cūm dicit verba essentialia. Tamē si tūc non haberet eam, & tamen prius habuit eundo ad baptizandū, sufficit. Ex quo patet quod furiosus aut ebriosus non potest baptizare. Et dico de ebrioso carente vsu ratiōis, qui talem intentionem non habet actualem , nec habitualē, quæ est necessaria, iuxta illud , Accep-

dit

dit verbum ad elementum, & sit sacramētum. Nā secundūm Bouauē. in. 4. dist. 4. q. 1. articu. 1. in fine principalis. ad hoc qđ verba ordinent ad effectū assignatū: necessarium est, interuenire intentionē ministri, qui intendit in illo actu & verbo dare talē effectum, vel saltē quod ecclesia facere ordinavit, vel saltē quod Christus instituit dispensare. Alioquin verba & elemētum, vt sic distincta, non faciunt sacramētū. Hoc autem pro regula habendum est qđ ad omnē sacramētorum dispensationem necessarium est habere intentionem actu vel habitu, explicitè vel implicitè, secundūm Thom. in. 4. dist. 6. q. 2. arti. 1.

Nōnd caueat quilibet, ne puerū antequam nascatur de vtero matris baptizet. Et hoc si puer quo ad omnes partes eius est in vtero matris integer & totaliter: quia sic non potest aqua eum attingere immediate , nec potest lavari ibi existens . Si autem apparet principalis pars , puta caput: tunc simpliciter baptizari potest: quia iam potest aqua spargi . Si autem apparet pars minus principalis , sicut manus , vel pès: illa etiam esset baptizanda: quia in illa parte est tota anima , licet non omnes sensus, vt in capite: & postmodum potest baptizari, si nascatur viuus sub cōditione. Taliis tamen puer si nasceretur mortuus : sepelitur

retur in cœmiterio, secundum docto . subtilem, dist. 4. q. 1. arti. 2. & idem tenet Ioan . Parisien. dist. 3. Similiter dicendū est de illo circa quem diminuta est forma ecclesiæ necessaria ex necessitate instanti. Talis enim sепeliretur in cœmiterio: quia piè creditur quod summus facerdos suppleret, secundum Petrum de Tharen. distin. 3. q. 2. articu. 1.

Decimo caueat ne matrem infirmā vel morientē diuidat, in qua puer viuit: quia sic homi cidiū cōmitteret quisquis hoc ficeret. Nō sunt enim facienda mala ut veniāt bona. ad Roma. 3. Ideo cautius dimittat perire infantem cū ea, quam ipsa pereat, secundum do. Petr. vbi suprà. Si tamē mater mortua esset iam perfecte: tunc potest & debet eam facere diuidere, & puerū inde extractum baptizare: alias non.

Vndecimo caueat ne monstrum non bene prius diiudicatu an sit unus homo vel duo, vel an habeat unā animā vel duas, baptizare festinet. Nam si sint duo capita, vel duo colla, & duo peccora, & per consequens erunt duo corda: & ita baptizandi sunt duci, & quilibet seorsum. Si autem non est certū qd̄ sint due animq; tunc primò baptizandus est unus; & postea alter sub conditione dicendo: Si tu es baptizatus, non te rebaptizo: sed si non es baptizatus; ego te baptizo in nomine patris, & Filii; & Spiritus

tus

tus sancti. Et tale monstrum dicitur fuisse in Frâcia duo capita habens, quorū vnu exprefit velle de eo, de quo alterum exprefit nolle. Vnum tamen voluit continere, & sobriè viuere, & aliud lastriuire & epulari: & cū vnum per os suū excederet, aliud se grauari dicebat. Ita refert doctor subtilis dis. 6. q. 1. art. q.

Duodécimo caueat, ne chrismate antiquo baptizet: & qd̄ punif sacerdos hoc faciens: de cōfē. dis. 4. fī. qs de alio. & de sentē. excō. in. c. quoniā. lib. 6. Vbi dicit glo. fin. dādo rationē: quia vetus chrisma nō debet inesse vsui, nec de illo debet qs chrisnari. Et deponit sacerdos, qd̄ de illo antiquo chrismate vngit baptizatū, nisi in mortis articulo. Vnde omni anno nouū chrisma debet cōfici, & antiquū cremarit: de conse. dis. 3. literis. Si autē diligēs sacerdos inter oīa, ne puer decedat sine baptismo: vt si iā incēpit canonē missę, & viderit puerū morientē sine baptismo: potest eū baptixare: de cōfē. dist. 1. nullus episcopus. in glo. penult.

De cathecismo & exorcismo.

Restat nunc ponere practicam manualē circa huius sacramēti dispensationē. Est autem primò sciendū qd̄ catechism⁹ & exorcism⁹ debet præcedere baptismū, quando solenniter confertur. Exorcismus verò dicitur illa sonatio orationū, per quam expellitur dia bolus

30 DE CATECH. ET EXOR.

bolus, & adiuratur ut recedat à puerō de quo dicit Tho. q̄ valdē cōueniēs sit ipsū p̄mit̄ti ante baptis̄mū: vnde hoc signāt̄ ea, quæ ponūtur in baptismo. Recede ab eo Satana, &c. Ipsiē etiā exorcism⁹ debilitat potestate dæmonis, ne tātū p̄sbit in homine, sicut antē: ne baptis̄nū & alia bona in ipso impedit̄. Sed potestas prædicta totaliter tollitur in baptismo: sicut etiā Pharaō pri⁹ est flagellatus, populo nō dū de Aegypto egresso, & postea totaliter in mari rubro (quod est figura baptis̄mi) submersus. Et sic bene dicit q̄ exorcismi sunt instituti propter energumenos, id est, inus laborates per infectiōnē tomitis, videlicet contra diabolū in eis potestate habētē. hæc Tho. dist. 6. q. 3. artic. 1. & 2. Est autem catechisinus, secundūm Thom. instructiō ante baptis̄num in illis, quæ sunt communia. Et dicūtur fidei rudimenta ad quæ crēdenda omnes explicite tenentur: sicut est fides trinitatis, incarnationis, passionis Domini, iudicij & puidetiae Dei de factis hominū. de alijs autē debet instrui post baptis̄nū: Vnde etiā secundū Tho. in adulto requiritur ut per se catechizetur & Christianā religionē profiteatur. Catechizatur autē ad hoc adultus, qui ad fidē vocatur, ut ad quam vocatur, proprio moueatur voluntatis arbitrio. Hinc est q̄ cū baptizatur Ruthe-

nus

DE MODO BAPTIZANDI. 31

nus vel paganus adultus, nō patrini, sed ipse met pro se ad interrogatā respondet sacerdoti. Huius contrarium feruatur in Mazouia, in Polonia, & satis malē.

¶ De modo baptizandi.

Postquā igit̄ puer debet baptizari, sacerdos nō permittat nisi vnu virum, vel vna foemina in patrinos, prout determinatum est de cogitatiōe spirituali. c. quāuis. lib. 6. de cōfcrea. dist. 4. non plures. Alicubi tamē consuetudo obtinet, q̄ si puer masculus debeat baptizari: tunc duo viri & vna mulier in patrinos admittantur. Si verò foemina: tūc duæ mulieres, & vnu vir in patrinos admittantur. Et illa est latus tolerabilis: cū honestatem quandam & vībānitatem cōtineat. Deinde autem ante fores ecclesiæ sacerdos statuat patrinos: vt si puer est masculis: teneat eum vir. si verò foemina: tenet eā mulier. & isti duo stāt iuxta se. Alij verò possunt stare in ecclesia, vel iuxta qui puerum conduxerunt: nec pro ipso respōdeant: sed possunt omnia attendere, dummodo non tangant puerum, ad occasum Solis: solus autē stet ad orientē. Quo factō sufflet in faciē eius, & dicat illū exorcismū: Exi immunitas spiritus, & da honorē Deo Viuo, &c. quæ cōtinens in agēda. Iterū statim dicat: Recede ab eo diabole, &c. Flatus autē ille, siue exsuffla-

tio

tio debet fieri ad occidentem, ut patet secundum Thomam: & significat spiritus maligni expulsione, & boni introductionem. Post hoc faciet crucem in fronte eius, dicens: Signum saluatoris domini nostri Iesu Christi in fronte tuâ pono. Similiter in pectore aliam faciet crucem, dicens: Signum saluatoris domini nostri Iesu Christi in pectore tuâ pono. Et demum cōiunctim sub una plectro faciet unam crucem in fronte, & aliam in pectore, dicens: Accipe signaculum sanctæ crucis tâ in fronte, quam in corde, &c. Et quid ista signatio significet, statim in predicta oratione ostenditur, cum dicitur: Sume cœlestium præceptorū fidé &c. per quod denotatur, quod ad hoc in pectore signatur, ut in præceptis Dei suscipiédis, acceptus efficiatur. Et in fronte, ut latet facie Dei culturæ existat aptus. Demum sequitur oratio: Præces nostras, &c. in qua tunc dicitur: Et hunc electum tuum, crucis dominicae, cuius impressione eam signamus, in virtute custodi. Et fieri crucis signatio super totum puerum. Inde sequitur oratio: Omnipotens sempiterne Deus, &c. Circa quam querat prius sacerdos de nomine infantis dicendo: Quis debet vocari? Et postquam illi dixerint, N. ille statim prosequatur, incipiendo orationem, dicens Omnipotens sempiterne Deus patet domini nostri Iesu Christi, respicere dignare super hunc sa- multum

mulū tuū &c. Non est autem opus cum venerit ad locum, ppter nominis aliquam orationem, quod requirat patrinos, dicens: Quomodo vocatur? & hoc ppter incognitatem, quae ibi contingere, & improprietatem locutionis. Nam oratio quādā quod requirit dici propriū nomine in accusatiuo casu: & patrini respondet in nominatiuo: quod est magna absurditas: sicut patet cum dicitur, Respice re dignare super hunc famulū tuū N. si patrini responderent in nominatiuo dicendo N. magna esset incognititas. Dicat autem sacerdos solus variado nomine vsq; ad fontem secundum exigentiam orationū, put viderit expedire, nec toties quoties occurrit nominis nominatio, requirat patrinos; sed solus nominet in Latino, propter absurditatē prædictā. Orationes autem iste sunt pro puerō, ut gratia præueniat & subsequatur, quae vires præbeat libero arbitrio. Et quod procul fiat vniuersa maligni spiritus illusio, signatur puer in fronte, in pectore, in oculis, in naribus, in ore signo crucis: cuius virtute victus est diabolus, & exaltatus est Christus. Vnde abacuc. 3. Cornua in manib; eius sunt: ibi abscondita est fortitudo eius. Hoc signo munituntur totius corporis sensus: cuius virtute & omnia sacramenta complentur, & omnia diaboli figura frustaruntur. Sicut enim cum primogenita delerent Aegypti, populus

34 DE MODO BAPTIZANDI.

Hebraorū signatis postibus domorum suarū sanguine ligni paschalis in typo effice pas-
sionis, saluatus est: populus vero Aegyptiorū,
qui hoc caruit sanguino, in suis primogenitis gra-
tia tunc pessus est: sic apud Ezechielem, Ierusa-
lē ab imminente clade liberanda esse promit-
titur, si thau (qua figuram crucis exprimit) in
fratribus gementiū atq; dolentiū signaretur.
Deinde antequā sal ponat in os pueri, rece-
pto sale simplici & mundo, benedicat ipsum
specialiter per illam orationem. Exorcizo te
creatura salis in nomine Dei patris omnipot-
tentis, & in charitate dñi nostri Iesu Christi,
& in virtute spiritus sancti, &c. faciendo signa
crucis ad invocationem cuiuslibet personæ
sanctæ Trinitatis, & compleat vsq; ad finem.
Nec credat qs posse sufficere sal illud ad exor-
cizadū puerū qd̄ benedicitur die dominico
ad benedicendū aquā, cū illud speciale offici-
um habeat, & distinctum ab isto.

Et ideo caueat sacerdos ne cū illo sale, cū
quo die dominico aquā exorcizat, ad bapti-
smum vadat: sed ipso die dñico in alio scy-
pho benedicat sal pro benedicenda aqua, &
in alio pro exorcizadis infantibꝫ ante bapti-
smū. Cum autē impleuerit orationem dictā,
& sal bñdixerit: recipiat sal, & ponat ad os pue-
ri, dicens: Accipe salē sapientiæ: & sit tibi dñs

pro pi-

DE MODO BAPTIZANDI. 35

propitiis in vitam æternā. Amen. Ponat ta-
men sal in os pueri pulchrè & modestè, nō cū
vehemētia, sicut quidā solēt ponere, ita quidā
puer cogitur flere, pppter duram imprecisionē
salis: qd̄ est abominabile. Seruāda est nanq;
maxima urbanitas & honestas in sacramēto
rum collatione, propter deuotioñem populi
excitādam, & reverentiam sacramento à po-
pulo impendendam & exhibendam. Signifi-
cat enim salis immissio gratiam & sapientiā
& a peccatoruī putredine præseruationem.
Consequenter prosequātur orationes solita-
rū, quæ habentur in agenda. Et prouideat sacer-
dos eas correttè dicere. Et quia speciales sunt
orationes super feminas, & speciales super vi-
tos: ideo singulis singulas adaptet. Quæ au-
tem sunt super v̄rosq;: illas proferat super v̄-
rosque indifferenter. Deinde sequitur Euau-
geliū secundū Matthæum: Oblati sunt Iesu
parvuli, &c. quod sacerdos dicturus, deponat
mitram: similiter patrinos deponere faciat.
In legendō autem imponat manus infantis: vt
præcludat diabolo expulso viā ne redeat. Et
hoc idem significant benedictiones & crucis
signationes superius præmissæ. Legat autem
præmittendo, dominus vobiscum. Quo facto,
faciat orare, Pater noster qui es: &. Credo in
Deum: ipsos patrinos. demum dicat illā ora-
tionem

c 2 tionem

tionē:Nec te lateat Satana,&c. Quo facto, recipiat mūdos pulueres terræ, & imiscēs sputo faciat inde lutum ī manu sinistra, recepto eo duob⁹ digitis, scilicet pollice & idice dexteræ manus, tāgat aurem pueri dicēs, Hephethah. q̄ est, adaperire. E: cū subiunxerit, in odo rez suauitatis:tunc tangat aures. Caveat autē ne faciat lutū grossum & astantib⁹ abomina bile:sicut quidā facere confuerunt emittentes p sputo quādoq; phlegma spumosum, ex ore, inducentes horrōre astantibus. Designat autē sputi & saliuæ immissio sensus, tactus, auditus, & aliorum sensuū spiritualium apertōnem: vel signat impedimēti remotionē ipsius dæmōis respectu fidei docēdo vel discendo.

Post hoc sacerdos introducat puerū in ecclesiam dicens: dominus custodiat introitū, &c. dans ei per hoc pōestatē intrandi ecclesiā, & annumerādo eum consortio fidelīū quo ad hoc videlicet, vt posse orare cū fideli bus in ecclesia, si est adultus, etiam in missa: dum tamen talis sit exorcizatus, etiam si non esset vltierius secū processum: non tamē posset audire totā missam, sed nisi vsque ad Sursum corda:sicut & catechumen⁹. Tunc sacerdos accedens ad fontēquārat a patrīnis nominando puerum dicens, N. abrenūtias Satane: Et illi respōdeant, Abrenuntio. Et iterum

rum dicit, Et omnib⁹ pōpis eius? Illi respondeant, Abrenūtio. Hoc autē fit ideo, vt prius abrenuntiet errorē: & sic approximet ad veritatem, iuxta illud Apostoli, Deponite veterē hominem secundū cōue: sationem pristinam: ab negatē omnem impietatem & secula desideria. Deinde quārat iterū: Credis in Deum patrē omnipotē, &c. Et tunc respōdent patrīni: Credo. Et sic de singulis articulis fidei, specificādo distinctē, & interrogādo. Et licet duodecim sint articuli fidei in symbolo, de quibus omnib⁹ deberet querere & interrogare & sigillatim: sufficit tamē si plures articulos simul cōiungat, & de ipsis simul querat: & ita sufficiet si totū symbolū sex vocibus vel octo percutat interrogādo. Interrogatio autē ista debet esse in vulgari, & nō in Latino: quia tūc patrīni laici fidei profitent, p baptizādo puero. Est autē sciēdū, quōd si adultus baptizatur, licet patrīni ipsum teneat: tamen ipse solus debet respondere, & non patrīni, ad interrogationē fidei, & abrenuntiationē supradictam, cū habeat usum liberi arbitrii. Hoc autē symbolū traditur baptizandis tanquā nouæ vita: auditoribus: per quā professionem incipit in eis mori vetus homo: & per fidē nouus viucre, qui secundū Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Tandē sacerdos accepto

38 DE MODO BAPTIZANDI.

oleo sancto ad hoc disposito, q̄ vocatur oleum cathecumenum, referēs puerū ex velamine suo, & denudans eum, vngat eum in pectore: deinde in scapulis, dicens: Ego te linio oleo salutis in Christo Iesu domino nostro. Et tādē subiūgat, Pax tecū. Et cleric⁹ assistens rīdeat, Et cū spiritu tuo. Ista autē inunctio olei signifcat hominis expeditionē, quā suscipit aduersus diabolū in pugna, fit enim in signū pugnæ contra inimicū: sicut athletæ inungūtūr secundū Tho. Vel secundū Petru de Tharan, signat legis Dei amorē, p̄ hoc quōd si: in pectore, vbi est locus cordis. Per hoc autē quōd sit inter scapulas, designat deuotā subiectionem. Vngitur autē in pectore, ne hostis ei immūda periuadeat desideria. In ter scapulas, vbi est vigor portandi onus, quōd fortitudinem accipiat ad portandum pondus dici & testus. Vngitur etiam in pectore, vt vigeat in eo sapiētia. Vngitur etiam in humero dextro, quōd in exercitijs bonorum operum indeficiens servetur patientia. Neque enim nouerit sinistra quid fecerit dextera vestra. Math. vij. Sed quia in humeris vigor constat portandi onera: huius partis vñctione Christi athletæ dedicantur, vt sciāt se esse ad certamen vocatos per suam vitam: sive cursum contra antiquum hominem publicis ac priuatis congressibus pugnatores.

DE MODO BAPTIZANDI. 39

turos. Vel secundū Rabanum in lib. de institutione clericorum, de cōsecra. distinct. 4. c. deinde. Pect⁹ vngitur vt nullæ reliquæ latentes hostis in eo resideat, sed in fide Trinitatis mēs ei⁹ cōfortetur. Itē iter scapulas vt vndiq; muniatur & ad bona opera facienda p̄ Dei gratiā roboretur. Deinde omnib⁹ his ritē pactis grat sacerdos à patrinis infantē tenetib⁹, & si fuerit adult⁹, tūc ab ipsomet adulto querat, dicens: Quis vocaris? Et ille rīdeat, N. Tādē sacerdos querat, Vis baptizari? Et ille rīdeat, Volo. Hoc autē faciat ter: ppter hoc vt cōstet de ipsis volūtario p̄posito baptizandi: & ne coact⁹ baptizari videatur. Et tūc sacerdos recepto puero ad manū sinistrā, denudato eo rōto, si est in aestate: si verō i hyēme, denudetur tūc ipsis caput patenter & manifeste visq; ad ipsius scapulas, tenendo eū supra fontē, si est infans. si verō adulthus: tunc soli inclinato capite in fontē ter dicat distinctē & expressē habendo intentionem ipm baptizādi: Et ego te bāpiizo i noīe patris. Et tūc faciat manu dextera prima aqua: in capite pueri pfusionē: statimq; psequatur, dicens, Et filij, faciendo secundā pfusionē in capite pueri, sicut prius. Et deinde subiūgat, Et Spiritus sancti: faciendo similiter tertią pfusionē seu ablutionem. Quā quidem immersionem recipiens homo a sordi-

bus vetustatis ipsius exutus, & aliū nouū hominē indu^r, triduanæ Christi sepulturæ consepelitur. Vnde ait Apostolus: Quicquid; Baptizati sumus, &c. Ambrosi, autem in libro de sacra mentis, dicit quod triplex interrogatio ante baptis-
mum, & triplex immersio in baptismo, significat triplex lapsus peccati, qui ibi abluitur: scilicet cogitationis, locutionis, & operis: ideo etiam est triplex confessio. Ita etiam forma obseruanda est a vetulis in necessitate baptizatis: & per curatores sepius praedicanda. Nam comperi & inueni in parochia mea quodammodo multa superstitionis & vanae his verbis addi, & ea mirabiliter variari. Quidam enim proferunt solu ista verba sine asperzione aquæ, credentes sufficere solam prolationem verborum. Quidam autem solo fare puerum cum his verbis tangunt: quidam vero formam verborum mutant, dicentes: N. ego te baptizo in nomine Dei, Amen. Quidam autem dicunt: In nomine omnipotentis Dei amen. Quae oes formæ enormes sunt, nec aliquid operatur. Sed hic queritur. Cuius sunt verba illa, cum dicunt patrini interrogati, Abrenuntias Saranæ? respondendo, Abrenuntio. vel credis in Deum? & illi respondet, Credo: Videtur enim cuiuscunq; sint, quod mentiri videatur ille, qui respondet. Si enim sunt ex persona patrini mentitur: quia non habet in conscientia quod

missioni prelio vendidit. Aut diebus festiuis &
dominiis res suas veniales exposuit, iurauit
tū valere, cùm tātū non valuerint: vel iura-
uit illas emisse pro tāto. Si est abernator, que-
rat ab eo utrum aliquādo brasium miscuit di-
uersis granis: sicut apponendo aliquot choros
tritici, aliquot filiginis, aliquot hordeis & ven-
dēs nihilo minus certissimam pro totali triticea:
vel si diebus festiuis circa eam laborent, cùm
hoc antē vel pōst bene posset expediri vel mē-
suram minorēm dedit in domo, quām extra
domum habentibus commiserat. Sic etiam
querat de vino & alijs liquoribus. Item a in-
dicibus querat & consulibus, virum aliquan-
do ex gratia, odio, timore, amore, vel priua-
to motu iustitiam peruerterant, vel senten-
tiā tolerant, ex qua quis damnifica: usq[ue] in
rebus vel in corpore. Vel si ad poenam
fuerunt nimis proni contra simplices senten-
tiando p[ro]p[ri]am statim pro uno leui verbo in
iudicio. Item à patribus familiās querat, qui
habent seruos vel filios, utrum angariare-
runt familiam diebus festiuis, vel eorum deti-
nent mercedem, aut corā mala dissimulaue-
rant. Similiter querat à seruis an fideliter ser-
vigerunt.

Inerunt, & non subtraxerunt bona dominorū
suorum. Item si est virgo, querat ab ea de cu-
stodia virginitatis, de pudicitia verborum, &
honestate conuersationis: quomodo & cū qui
bus solet conuersari. Si est vidua, querat de de-
uotione ipsius & operibus pietatis, an libenter
seruuit pauperibus, vel eos visitavit, vel tem-
poralia pro suo posse impedit & exhibet &
an dissoluē viuit, seu delicatē. Et isti sunt mor-
bi viduarū secundūm Apostolum. Item si
est conjugata, querat ab ea an seruet cum vi-
ro castitatem diebus festiuis, ieunij, & ab-
rūm vigiliarū, & tempore imprægnationis,
vel eriam partus. Similiter an à marito exigat
debitum diebus festiuis, aut tempore men-
strui, vel imprægnationis, vel tempore par-
tus: an etiā aliter quām modus naturæ est;
vir eam cognovit. Et secundūm hoc proce-
dat cum qualibet. Circa tamen vitium luxu-
riæ cautius quām circa quodlibet aliud se re-
gat: quād circumstantias necessarias non in-
utiles & curiosas inquirat. De quibus sciendū
est hic secundūm Thomam: circunstan-
tiarum quādam sunt trahentes in aliud
genus peccati, vt coire cùm conjugata, &c. &
has homo tenetur confiteri. Quādam ve-
rò aggrauantes sunt in eadem specie, & ea-
tum quādam sunt non aggrauantes mor-
bū & taliter,

raliter, sicut scientia, & huiusmodi: & has non tenetur confiteri: quia sunt quasi venialia. Quodam verò sunt aggravantes mortaliter: & his oportet confiteri: vt furari in sacro loco, fornicari in die festo. Vnde versus.

Aggrauat ordo, locus, peccata scientia, tēpus, Lucta pūilla, metus culpe, gen⁹, & stat⁹ altus, Conditio, numerus, etas, & scandala, sexus.

Item querat sacerdos à confiteente de alienis peccatis, quæ sunt nouem. Versus:

Iussio, consilio, consensu, palpo, recursu, Participans, mutus, nō obſtās, nō manifestās.

Iussio id est, si præcepit facere malū: licet solus non interest, vel consiluit alteri, sine cuius consilio non fecisset tale factum: vel consensit facientibus malum: vel ipsis adulatus est laudando eorum factum. Vel quia malefactores habuerunt ad eum recursum: vel ipsis participauit in maleficio: vel tacuit non independendo eos, vel non deferendo superiori: vel nō resistebat cum posset: vel tenetur ex officio: vel non manifestauit, cum debuit manifestare.

De casibus ad Papam pertinentibus,
Ponendi sunt etiam hic casus ad solum papam pertinentes. Primus est de eo, qui verberat clericum ordinatum: si est laic⁹ enormis cum effusione sanguinis atroc⁹. q. si quis suadente diabolo. Secundus, de eo qui

qui incendit vel frangit ecclesiam: & talis antequam denuntiatur, potest absoluī ad episcopō: sed post denuntiationē per solū papam. de senten. excomm. c. conquesti. Et idē de quolibet incendiario postquā publice excōmunicatus est, de senten. excom. c. tua. Tertius: quando papa solus aliquē nominat, vel nominatim ex cōmunicat: hinc solus papa absoluit eū de tēten. excom. c. significasti. Quartus falsarij litterarū papæ, vel eis vtes sc̄iēter: vt patet de falsarij. c. dura. Quintus, qui insequeſt Cardinale. de p̄cenis. c. felicis. lib. 6. Sext⁹, qui grauat iudicē spiritualē in persona vel boq̄is: vel dat licentiā grauādi, propter hoc q̄ sententiā excommunicatiōnis tu' it. de senten. excomunica. qui cunq;. lib. 6. Septimus, si quis corpus defuncti scinderet vel coqueret pro oīsibus trāfferendis. De hoc habetur in quadā extrauagati Bonifacij papæ octauī, quę incipit, detestandæ. Octauus si quis inquisitot hereticorū odio, vel gratia, amore, vel lucro contra iustitiā vel conscientiam omisit contra quempia procedere: vt de hereticis. multorum. in fine. in clement. Nonus, si religiosus absq; licetiā sui proprij sacerdotis solennizaret matrimonium, aut ministraret eucharistie & vunctionis sacra mēnta. c. religiosi. de priuilegiis. in cle. Similiter etiā excōmunicati sunt religiosi, qui excomunicatos

nicatos à canone absoluunt in casibus non cōfessis, vel cōtra statuta p̄uincialia vel synodus, vel à poena & culpa. Decimus, si quis in se quī episcopū de poenit. si quis. lib. 6. Unde, mus, si qui religiosi inducunt aliquē ad votū dū, iurādū vel promittēdū apud eos eligere se pulturā, vel vt iā electā viterius nō immutet. de poen. cupiētes. in cle. Duodecimus, de his qui sacerdosē cogūt celebrare in loco interdicto, vel ad audiendū excommunicatos vocāt vel interdictos, vel prohibēt ne moniti exeāt. de sentē. excō. grauis in cle. Tredecimus, qui Saracenis arma ad expugnādū Christianos deferūt, vel consiliū vel auxiliū dant in dispendiū terre sancte. extra, de Iudeis. ita quotundam.

¶ Casus episcopales nunc sequuntur.

Casus verò episcopi qui notantur per Io. An. And. ia. 1. gloss. si episcopus. de poen. & re. lib. 6. sunt ibi. Primus, absoluere excommunicatos maiorē excommunicatione: vt defensio. excommuni. c. nuper. Secūdus est, imponere p̄onitentias blasphemantibus nomen Dei & sanctorum eius. de clericis maledicis c. 2. Tertius, absoluere sacrilegos. de sacrilegijs. c. 2. Quartus, communatio quorumlibet votorum, de voto, & voti redēptione. capite. 1. Excipitur tamen votum terra sancte. Quintus, depositio male ablatorum, incerto-

rum,

rum, vel etiam tertorum, quādo non existunt illi quibus facienda est: esti. utio. de Iudeis. cū sit. Sextus, p̄onitentiā imponere illis, qui matrimoniū clandestinē cōtraxerunt, vel contra interdictum ecclesie. vt de matrim. cōtra interdi. eccl. contracto. in Clement. c. 1. & vlti. Solent etiam reservari episcopis p̄onitentiae omniū publicanorū & oppressorū puerorū ex proposito vel casu. Item homicidium, vel falsum testimonium, falsatijs instrumentorū. Item periurus, incestuosus, corruptor monialiū, vel coeuntes cuim bruis, & his similes. Et breuiter intelligas, quod quatuor sunt casus de iure episcopales, prout determinat Benedictus, 9. Primum est occisor clericis: propter quod incurrit irregularitatem. Vnde episcopus potest absoluere clericum ab homicidio, sed nō ab irregularitate. Vel potest absoluere clericū à peccato, quia celebravit in ecclesia interdicta: sed nō potest absoluere ab irregularitate inde cōtracta. Secundus, de incendiarijs, quod tamen intellige antequam sint publicati. Tertijs, vbi est indicenda solennis p̄onitentia. Quartus, vbi quis incurrit maiorem excommunicationem. Idem autem papa declarat quinq; casus esse episcopales de consuetudine approbatos. Primus est homicide voluntarij. Secūdus, falsatijs. Tertius, violatoris ecclesiasticae libertatis

tatis. Quartus violatoris ecclesiasticae immissatatis. Quintus, fortilegi & diuinatoris vitiose: questione prima, capite primo. Et incipit, sua bulla, in qua predicta declarantur. Inter quas, & renouata est iterum per consilium Vitermeise, in clemen. dudum, de sepulturis. Ultra autem hos casas possunt episcopi reseruare sibi alios, prout videbitur eis expedire. Sed ut omnis tolatur ambiguras, ponam casus tam de iure quam de consuetudine ad episcopum pertinentes: ut sunt isti, homicidium, sacrilegium, incestus, filiorum oppressio, coitus cum moniali. Itē mulier colles cum religioso, vel sacerdote. Itē vulneras patre vel matrem. Item deflorans virginem vel oppressam. Item baptizans propriam filiam sine necessitate, vel tenens eam ad confirmationem. Item fractor voti simplicis. Item contrahens votum simplex castitatis. Item intrans religio nem inuita uxore post copulam carnis. Item haereticam prauitatem tenens quo ad peccatum tantum. Similiter simoniacus quo ad peccatum tantum: quia irregularitas huiusmodi pertinet ad papam. Item celebrans coram excommunicatis solenniter in ecclesia quo ad peccatum tantum, sed quo ad irregularitatem pertinet ad papam. Item ordinatus per saltum ad sacros ordines. Item promotus ab alieno episcopo sine licentia proprij. Item luxurians

luxurians in ecclesia consecrata. Item cojens cum iudice vel pagana. Itē cōcipiēs a non viro, suo, quem vir credendo filium suū constituit eū in heredē in praecūdiciū aliorū. Itē procūtans abortū vel fetilitatē in se & in alio. Itē cōtra hēs sponsalia præter matrimonium cum aliquo marito interposito contractū. Item scienter celebrans in ecclesia interdicta quo ad absolutionē peccati; sed quo ad irregularitatem quo ad papam. Item sortilegus, incantator, necromanticus, experimentator. Itē scienter excommunicatos, & manifestos interdictos vel etiā usurarios, sepelientes. Item clandestīne matrimonium contrahens. Item blasphemus Dei & sanctorum. Item incendiarius. Item perius, sodomita, adulterer. Item fornicans cum filia quam baptizavit, vel ad confirmationem tenuit, vel audiuit confessionem eius. Item celebrans in alacri non consecrato. Itē célébrans sive faciens indumentis, vel cōmittens aliquod indumentorum, vel stolam vel manipulum. Itē celebrans non ieiunus. Horum autem poenitentia ponitur taxata, infra dictum particularium. Alij vero easus præter istos sunt de autoritate plebaniorum. **E**s ista satisfactione, quæ est extensio ps. poenitentie. Si autem satisfactio secundum beatum Tho. super. 4. dist. 5. q. i. articulo 3. injurie illate

illatae recompensatio secundum iustitiae qualitate vel quantitatē. Et intellige et qualitate quae portionis, & non quantitatis. Similiter Anselm lib. Cardens homo. definit satisfactionem dicens: Satisfactione, est Dei debitū: prout est honorē impēdere: scilicet ratione culpe commissae. Et iste definitiones sunt satisfactionis, prout est medicina præteriorū peccatorū, & præseruatio futuorum: sed prout est præseruatio à culpa, definitio sic secundum Augusti. Satisfactione, est causas abscedere peccatorum, & eorum fugitionibus aditum non indulgere.

Circa q̄ sciendū q̄ licet secundū Bonaventura, vbi suprā, fine charitate non posuit se homo preparare ad habendā charitatem, & faciens eam satisfactionem, ex quo impossibile est sine ea Deo placere, & opera eius acceptari a Deo: ideo nec satisfactione fine tali gratia est possibilis. Item consilendum est poenitentib⁹ q̄ eorum poenitentiam ipsa iniunctam sine mortali peccato cōp̄ ea ut quia aliás Dens ab eis exigit penā. Nam iactatio facta in peccato mortali, & si soluit poenam debitam: non tamen meretur gratiam: vt dicit doctor subtilis vbi suprā, questio prima. Secundo principali, articu. quarto: Sed si quaras vero quidam peragens poenitentiā in peccato mortaliterū facta cōfessione debili poecato mortaliterū debet

debet peragere de nouo, vel denudū istam p̄cōnitentiam iam peractā, vel an reuiuscet, & valere incipiat illa poenitentia sic peracta in peccato mortali: ex quo iam post cōfessionē secundum erit in charitate & gratia: in hoc sunt doctores diuersi. Nam sanctus Thomas prima facie dicit quod nō viuiscantur, nec valēt ad satisfactionē illorū peccatorū, pro quibus agitur, nec etiā ad meritum vitæ æternę. Dicit rāmē q̄ satisfactiones ille, quae relinquunt post se effectū postquā actus transit, nō oportet q̄ reiterentur: vt ieunium dimittit post se debilitationem corporis: Eleemosyna relinquit post se diminutionē substantiæ. Illæ vero quæ non relinquunt post se effectum, oportet quod reiterentur: vt est oratio. Ex his patet q̄ qui ieunant p̄ peccatis existentes in mortali peccato, nō debent ultra ieunare, vel eleemosynam dare: si qui orant in peccato existentes, tenētur repetere horas, & supplere eas. Et ista opinione approbant doctores. Doctor tamen subtilis fauorizat peccatoribus, dicens q̄ qui verē potuerit & recipit satisfactionem condignā ab ecclesia impositam clāue non errante, quantumcunq; peccet postea, & reciduet, nūquam tenebitur nisi ad illā vniā satisfactionem adimplendā. Et si eam impleteat in charitate, melius est: quia nō tācum soluit poenam, sed

sed etiam meretur gratiā. Sed si impleat pœnitentiā voluntariē extra charitatē, soluit quidem pœnam, sed nō meretur gratiā: quia nō est satisfactio reconciliās, neq; placans. Vnde subdit quod si homō magna partē satisfactionis impleuit in mortali peccato, & postea iterū pœnitentiat de peccato nouo: non est iteratō imponēda pœnū: etiā pro pœccato primo de quo satisfecit, licet extra charitatē, sed tātū de nouis peccatis, quae fuerūt causa quod ista satisfactio fuit mortua. Et hanc determinationem sequitur Ioannes Parisiensis ibidem, qnaestio-
ne quinta, dicens, & dans huius dicti, ratio-
nē satis pulchram: quoniā ex quo extra chari-
tatē sufficit satisfactio in voluntaria ad pœnitentiā pœccati: multō magis satisfactio voluntaria
debet sufficere. Exemplificat ipse: Si alius of-
fendēti regē, offensē regis correspōdeat pra-
cisē secundū legem manus abscissio: si illi
innito abscindētur manus, satis patitur, &
in tantum sufficit regi quod secundū in-
stitiam noua debet viteriorem pœnam exigen-
re: & tunc non recipit eum in gratiam vel
amicitiam. Multō autem magis sufficeret
pro punione culpe, si aliquis sibi debitam pœnam infligeret: licet non esset in gratia
vel amicitia illius iudicis offensis. Ex quo se-
quitur, quod si talis propter nouum pœccatum
damnaret

damnaret antequā cōplesser totā pœnitentiā
fibi impositā, punit in inferno temporaliter
pœna sibi correspōdente, quæ nō fuit hic
soluta: & post tēpus aliquod non puniret am-
plius tali pœna: scut dicimus de veniali: quia
moiēs in veniali simul cū mortali, nō punire
tur æternaliter, p veniali, sed temporaliter: pro
mortali verò æternaliter. Hoc doct̄or subtilis.

Sunt autem tria opera satisfactoria, scilicet
eleemosyna, iejunium, & oratio. Per iejunium
intelligunt omnia carnem afflignantia: vt sunt
macerationes, afflictiones, flagellationes, &
peregrinationes. Per eleemosynā, omnia ope-
ra misericordiæ corporalia. Per orationem,
omnia opera spiritualia misericordiæ. Per ie-
junium homo reuocatur à cōcupiscētia oculorū:
& per orationē, à superbia vita. Per iejunium
ordinat homo ad seipsum: p eleemosynā, ad
proximū: & per orationē, ad Deum. Per ieju-
nium fit satisfactio de bonis corporalibus: per
eleemosynam de bonis temporalibus: & per
orationem, de spiritualibus. Licet autem sin-
gula istorum cū singulis peccatis approprien-
tur propter conuenientiam: tamen quolibet
illorum pro quolibet peccato satisfacere pos-
test, secundū Thomam. Dicit enim doctor
subtilis, quæst. i. secundo principali, articu. 30.

q; talis correspōdētia nec est de cōgruo, nec de necessitate in singulis casib;: sicut patet in pauperib;. Nec pauperi est congruū, nec necessariū iniungere aliquod istorū, si est insufficiēt ad ea: vt si est pauper, qui nutritur labore, & qua die nō laborat, caret viātu: & si iejunaret, impotens redderet ad labore: nec orationi vacare potest labore laſtatus: vel a fortiori nec eleemosynis: iſtis iniungendū est, & iſtum labore ſubeat in remiſſione peccatorū: intēdēs illū ad hūc finē referre, ſaltē quoq; occurrat ſibi opportunitas aliquā alia ſatisfactionē ſoūedi. Ex hoc habes dicto, q; homo peccator libenter ſuſtiens defectus temporales, & labores à Deo in eum permifſos, vel tribulationes, ſatisfacit per illa pro peccatis, ex quo eis cōfentit: & aliter ſatisfacere vel p̄c̄nitere nō potest. Ita dicit Tho. vbi ſuprā diſtinc. 15. q. 4. arti. 2. Et hoc etiam ſeipius eſſet p̄dicandū paupertib; & defectuofis: ne deficerent & desperarent de peccatis vidētes ſe impotentes ad p̄eragendā p̄c̄nitentiā eis iniunctā. Similiter diues, q; lapsus eſt peccato carnis, ſi adeò delicat^r eſt q; non velit iejunare, nec macerationē carnis ſubire: vel p̄ſumptio eſt q; ſi ibi imponereſ, abijceret eā, & ita iam nouo peccato peccaret, iudicadū eſt ad orationē vel ad eleemosynā: & iponēdū eſt ei, q; libenter

libēter accipit, & q; credit pſueratius adimplere: imò ſi nullā veller accipere p̄c̄nitentiā, & habere diſplicentiā de peccato, & firmū p̄poſitū nō peccādi, vel abſtinendi: nō eſt remitendus vacuus, ſed abſolučdus, ne cadat in defperationē: ſed int̄imāda eſt ei p̄c̄nitentiā, quæ eſt pro peccatis illis imponenda, & q; eā in ſe, vel in æquialētē ſtudeat adimplere: alioquin ſoluet ad plenū in purgatorio. Hęc ſententia ſatis consonat dicto Christi Math. 12. & Ila. 42. vbi dicit: Arundinē caſſata non cōfringet, & linū fumigās nō extinguet. Arundo quaſſata eſt peccator quaſſatus tentationib; & peccatis: & linū fumigans & linū nimis humidū. tñ habēs aliq; id de igne charitatis: hoc exunguitur per duritiatā ſacerdotis, ſed cum ad aliqd minus difficile obligaſ: tunc nō extinguitur. Sed dicat ſibi q; cōportet eū hīc vel ibi p̄œna perſoluere: & q; faciat tantā p̄c̄nitentiā, quantum hic debet, p̄ peccatis reddere, aliaſ acriora libi ab eo exiget. Hęc Scotus. Dicit Petr. de Tha. diſt. 11. & Tho. ibidē. q. 3. quēd alter pro altero p̄t ſatisfacere, ſi eſt in charitate, quando ille, cui iniuncta eſt p̄c̄nitentiā, eam explere commode nō poeſt: & hoc quantum ad absolutionem debiliſ: ſed quantum ad exciſionem cauſarum peccatorum p̄æcedentium, & inquantum p̄c̄nitentiā eſt medicina pro i 2 peccatis

peccatis, vñ nō potest satisfacere prō altero. Dicit tamen Tho. q̄ nullus debet permittere satisfacere per aliū, nisi appareat desēctus corporalis vel spiritualis, per quē non sit promptus ad portandum onus p̄c̄nitentię. Dicendum est ergo his, qui satisfactionem pro se alijs imponunt; q̄ si ambo negligētes fuerint: ambo punientur: vñus pro peccato proprio, alter pro omissa satisfactione, ad quam se obligavit.

34. De p̄c̄nitentij iniungēn. scđm canones.

RESTAT NUNC DE P̄C̄NITETIJS INIUNGENDIS secundum canones taxatis. Circa quod principaliter est vidēdū q̄ licet p̄c̄nitētę s̄it arbitriae, vt dicit infrā: tñ in publicis feruādā sunt taxatę p̄ canones, licet debet haberi respcct⁹ ad circūstantias criminis, & ad qualitatę & quātitatę, personę dignitatę, officium, paupertatem, debilitatę, &c. Ut tū nō ignoramus p̄c̄nitentias taxatas, cūm tempus incurrit, imponēdas, notādā sunt aliquę regulę, quę canones p̄c̄nitentiales ab alijs appellant. Primus canon, q̄ pro quolibet mortali peccato p̄c̄nitētia septē annorū est iniungenda. vt. 33. q. 2. hoc ipsum. & c. seq. & 22. quæstio. 1. capit. prædicandum. in gl. & .82. distinct. presbyter. Et ratio est: quia sicut per peccatum mortale septiformē gratiam Spiritus sancti amisimus: sic etiam eam per septem annos requiramus.

Hoc

Hoc tamen verum est pro publico & graui peccato, pensatis circumstantijs. Secundus si presbyter fuerit publicus fornicator, decem annis p̄c̄niteat inclusus, sacco induitus tribus mensibus cōtinuis à vesperā ad vesperam pane & aqua vñat, exceptis dieb⁹ dominicis & festiūis: quibus annis expleris p̄t eum episcopo p̄ius ad pristinū reuocare statū. de quo multū habet. 82. distin. t. presbyter. quod non scripsi prōpter tædiū episcoporū, qui in hoc sluit remissi, & potius ad p̄c̄nā proni. Tertius: sacerdos cognoscens filiā spiritualem, sciz, quā baptizauit, vel cuius cōfessionē audiuit, duodecim annis p̄c̄niteat: episc. p̄ vero quidēcim annis p̄c̄niteat. Mulier vero si est soluta, tradenda est religioni, rebus suis pauperib⁹ erogatis. 30. quæstionē. i. si quis sacerdos. Et sic patet, vt dicit gl. ib. c. prædicto, q̄ magis peccat sacerdos cognoscens filiā spiritualem, quidā alter⁹ vxore: quia prōpter hoc impónitur p̄c̄nitētia duodecim annorū. Quartus: si quis contra naturam peccat: si clericus est, deponitur, vel ad religionē recluditur: si laicus, excommunicatur, donec p̄c̄niteat. P̄c̄nitētia autē sua est septem annorū. Et idem est pro incestu. 33. quæstionē. ii. hoc ipsum. & capit. sequēt. Quintus: sacerdos, qui interest clandestinis nuptijs sine bannis, tribus annis suspenditur,

de clandestin. despon. c. i. & c. cum iustificatio.
Sextus: si quis votū siplex violaverit, vel
quia promisit in secreto vxori nō ducere vel
corā aliquibus socijs, & postea duxit: tribū
nisi poeniteat. 17. dist. si vir. Septim⁹: si quis ex
communicatus celebrat: tribus annis feria se-
cunda, quarta & sexta à potū, alijs à vino, & à
earnib⁹ debet abstinerē. 11. q. 3. de illis. Octa
uius: qui alium iniustè accusat ad mortē, septē
annis poeniteat, si vita perdidit. si vero mgn
brū, per tres annos poeniteat: ut de acti⁹. re-
clusi⁹. Nonius: qui filiā suā spiritualem vel
commatrem cognoscit, per septē annos poeni-
teat. 30. q. 3. non opotet. Decimus: si quis de-
sponsatam alterius duxerit, eā dimitiat, & qua-
draginta dieb⁹ in pane & aqua ieiunet, & po-
nitiat per septē sequentes annos. de spon. duo.
c. accepisti. Undecim⁹: qui cognoscit duas eo-
mates vel sorores. vij. annis poeniteat. 30. q. 3.
si pater. Duodecim⁹: homicida voluntari⁹, sine
spē restitutionis deponatur, & septē annis po-
nitiat. 30. distin. furor. Si est casualis, per quin-
q; annos poeniteat. 30. dist. c. si qua. & c. si q.
& c. eos. Et hæc omnia intelligas si potuit e-
uadere homicidium, & non evasit. Nam qui
se & suas res liberando, fures, qui capi nō po-
terant, occiderit, poenitentiam agere non te-
netur, nisi voluerit. Si tamen hoc facit ipse
cesitate,

cessitate enitibili, duos annos poeniteat. 30. di-
stin. c. de his, licet si esset ineuitabilis. in nullo
ei imputaretur. 30. dist. quia se. quod tñ est ve-
rum quo ad peccatum: sed quo ad cautelā & in-
nocētiā suā ecclesiæ ostendendā, bonum
est poenitere: de homicidio. c. 1. paragrapho
fi. 34. q. 1. in lectū. 33. q. 3. excommunicatorū.
Si quis tñ in stultitia vel infirmitate vel furio si-
tate occidit: non imputatur ei. 3. q. 9. c. indicas.
15. q. 1. c. aliquos. & c. illa. & c. si quis. Si autem
causa disciplinæ, sicut magister scholarium in
tautē occidit: imputaf ei: & deponif, si est sa-
cerdos: de homi. c. præsbyterorum. & 20. q. 5.
c. si quis non iratus. Sed & si quis ligatū latro-
nem interficit: deponif. de homi. c. suscepim⁹.
Tredicim⁹: in atrē occidens, decē annis poeni-
teat secundū formā satis asperam; quæ po-
nitur. 13. quæstū. 2. capite, latorem. vbi dici-
tur quod primo anno eccliam nō intret; sed
ante fores ecclias oret. Post annum vero in-
tret eccliam stans inter audientes; & non
communicet, nisi completo termino: oblatio-
nes eius non voluntariè accipiuntur, nisi post
septem annos. Et per hos decem annos non
comedat carnes. nec potum (alijs vinum) bi-
bat exceptis dieb⁹ dominicis & festiuis à festo
Paschæ usq; ad festū Pentecostes. Et nō vadat
alicubi nisi pedestre. Feria secunda, quarta &

sexta ieiunet: sed tamē nō separēt ab vxore, propter periculū adulterij. Decimus quartus: vxoricida omnibus dieb⁹, quib⁹ poenitet, nō debet vti carnib⁹, nec potu, alias vino, nisi in pascha & natali Dñi: in pane & aquā & fale vigilijs, & orationib⁹ & eleemosynis penitētiā agat, arma nō sumat, vxorē nō ducat, balneo nō vtaſ, cōuiuū lētatiū nō intret, in ecclēsia post oſtū ſter, nō cōcet in vita, ſed in morte tantū: vt patet. 23. q. 2. admonere. Et in tellige q̄ maior penitētia eſt vxoricide, q̄ matricide: nō q̄ mai⁹ eſt peccatū vxorē occidente, quā matrē: ſed quia prōniōres ſunt homines ad occidendū vxores, quā matres: & ideo vt retrahātur, grauior ei pena iniugitur. arg. 34. q. 1. nō afferamus. Decimus quinque: iugulans volūtarie puerū ſuū, dicit Raymun. q̄ talis debet in monaſteriū induci, ſi nō habet alios pueros & vxorē, grauior ei debet imponi penitētia, ſciliſt ſeptem annorū. Cūm autem ex negligētia iugulat eum parentes, ita q̄ ponunt eum in lectū ſum ſauū, & poſteā iuueniunt eū mortuum: tribus annis poeniteant, quorum vnuſ annus eſt in pane & aquā omnibus ferijs quartis, ſextis & ſabbatis: alij duoi ieiunando feriam quartam & ſabbatum ſed ſextam in pane & aquā, de his, qui occidunt filios, cap. 1. & 2. Decimus ſextus: per ieiuniaqua draginta

draginta dieb⁹ ieiunādo in pane & aquā per ſeptem annos poeniteat. 6. q. 1. cōtricūque. Decimus septimus: falſam mensurā habebis triginta diebus poeniteat in pane & aquā, de empt. & vendi, capite, vti meſurā. Decimus octauus: qui deuotā vel moniale cognouit, decē annis poeniteat & ipſa ſimiliter. 27. q. 1. cap. de filia. & cap. deuotā. Decimus nonus: p̄ſbyter can tās mifſam & nō cōmūnitas, ſanno vno poenitere debet: & interim a celebratione mifſe cōſtabilitate cōſecra. diſ. 2. relatum. Vicesimus: ſacerdos, qui laicum mortuum cum palla alta ſis inuoluit, decem annis & quinque mēſibus poeniteat: diaconus vero triennio & dimidio ſive ſex mēſibus poeniteat. de consecra. diſ. 1. nemo. Vicesimus primus: ſacrilegus violās ecclēſiā, ſeptē annis poeniteat, 12. q. 2. de viro. Et primo anno ante cōmēteriū, quod violauit cōſistar: ſecūdo anno ante fore ecclesię: tertio anno in ecclēſia. Et per hos tres años carnes nō comedat: & potū (alias vinū) non bibat, niſi in Pascha & in natali Domini: nec communionem acc. piat. In quarto aňo cōmunicabit: & tunc quinto & ſexto vſque ad ſeptimum annum feria ſe cunda, quarta & ſexta a carnibus & a potu abſtineat. Vicesimus ſecondus: parentes frangentes ſponsalia filiorū per trienniū ſeparētut a communione; & filii ſimi

Iij similiter, si in culpa sunt, tricesima quæsto.
3. capitulo, si qui parentes. Vicefimusterius: qui dicit illā in matrimoniu, quā prius polluit per adulteriu, quinq; annis poeniteat. 31. q. c. si qua vidua. Vicefimustquartus: blasphemus debet per septē hebdomadas agere poenitentiam secundū formā quæ tradit de maledic. c. statuim⁹. Vicefimustquintus: sacerdos de nudans confessionem alicuius verbo, vel facto, vel signo, &c. de quo infra dicet, & habetur de poeni. dist. 6. sacerdos. Vicefimustsextus: per iurū si liber est, quadraginta dieb⁹ per septē annos in pane & aqua poeniteat: si servus, tribus annis. 2. q. 5. qui compulsus. Vicefimustseptimus qui periurat in manu episcopi, per tres annos poeniteat: qui verō in manu consecrata, vno anno poeniteat: qui verō coacte, nesciens esse tam graue peccatum, tribus quadragesimis poeniteat: hoc est, tribus annis, quolibet anno quadraginta dies. 2. q. 5. qui cōpulsus. Sed qui sciēter iurat, vel alium iurare permittit: quadraginta dies poeniteat in pane & aqua, & septem sequentes annos: & similiter consciū sui 12. q. 5. si quis peierauerit. &c. si quis conuict⁹. Vicefimustauus: discrepans à consuetudine metropolitanæ ecclesie in horis canonici, septem mensibus communione priuetur, si ex contemptu hoc faciat. dist. 12. c. de his. Vicefimustnonus:

musnotus: Sortilegus quadraginta dieb⁹ poeniteat de sortilegi. c. 1. &c. ex tuarū: Qui autē aspicit astrobalū, vno poeniteat anno: ibidē. Tricesimus: Interfector presbyteri duodecim annis poeniteat: vt. c. 1. de poeniten. & temiss. Tricesimusprimus: incendens domum, totum damnum restituat, & tribus annis poeniteat. eo. titu. c. 2. & de iniurijs & damnō dato. c. si quis domū. Tricesimussecundus: Cōmunicās hæreticū nescienter, annū poeniteat: sc̄ienter ve- rō, quinq; annis. Permittēs autē hæreticū canare nescienter missam, quadraginta diebus. Si autē in subuersione fidei tanquā hæreticus damnat, nisi decē annis poeniteat. Si quis re- cesserit ab ecclie ad hæreticos fugiens, duo decim annis poeniteat. secundū formā. 24. quæst. 1. si quis dederit. Tricesimustertius: qui nescienter cognoscit duas sorores, vel matrē & filiā, vel amiram & nepcē, septē annis poeniteat. Si sciēter: perpetuū carebit coniugio. 34. q. vñica. si quis. Tricesimusquartus: Cum bru- to coiens, plusquam septem annis poeniteat. Item pro incestu. 13. quæst. 1. hoc ipsam. & ca- seq. Tricesimusquintus: Patronus res ecclesie dilapidans, vno anno poeniteat. 16. quæstio. 7. filius. Tricesimussextus: qui iurat pacem non facere cum proximo, vno anno poeniteat, & ad pacem redeat. 22. quæstio. 4. qui sacramen- to. Trice-

to. Tricesimus septimus: Bis baptizatus, vel h[ab]it
cōfirmat⁹, septē annis p̄c̄nitēat: quarta & sex
ta feria in pane & aqua ieiunet: & eoges fieri
regularis. de cōfēra. dist. 3. qui bis, & c. dictum
est. Sunt plures alij casus, q̄ apud nos nō cura-
rūt: & iō de illis nihil posui. Hi aut̄ intelligēdi
sunt de p̄c̄nitētia publica, & p̄ peccato publi-
co. Circa quod sciendū q̄ licer illa p̄c̄nitē-
tia sit taxata à canonib⁹ pro manifestis pec-
catis, ita q̄ nullo modo licer aliam imponere
vel variare: tamen episcopus de his dispenſa-
re potest ex causa rationabili, inspectis circum-
stantijs personarum: vt dicit Leo papa. P̄c̄ni-
tudinis tēpora constituenda sūtit tuo iudicio,
secundūm quod perspexeris animos confiten-
tium esse deuotos. 26. q. 7. tempora: &c. hoc
fit. Idem dicit Hieron. de p̄c̄nitēt. distin&. 1.
mensuram. Et ideo dico de occultis peccatis,
quaे pertinent ad simplices sacerdotes q̄ vbi-
cunque inueniant taxatam p̄c̄nitētiā per
canones, nō murāt eam sīne causā ita tamen
q̄ non prodāt per eam peccatorē. Secundūm
hoc intellige illud, quod communiter dicitur,
sed male intelligitur quod p̄c̄nitētia super ar-
bitrarie. de p̄c̄nitēt. & remissioni. Deus cui.
& de sortitegij. capitu. 2. glossa. 2. vbi dicitur
q̄ p̄c̄nitētia: tempus arbitriū mēst: quod
intelligit glossa ultra illud, quod iam j̄s ta-
xat. Et

xat. Et si ius taxauit vnum antīm p̄c̄nitē-
tiae, & delictum exigit plus: h̄c est ad sacerdo-
tis arbitriū cōcessum. Idē dicis de cleri. excō-
latores. Et dixi no: atēr q̄ sine cā non debet p̄
quēcunq; sacerdotē mutari p̄c̄nitētia taxata:
quia ex cā potest bene moderari per simplicē
sacerdotē, qui dispensare p̄t contra canones
taxantes talem p̄c̄nitētiā: vt de iudicij. at si
clericī. in gl. super verbo, de adulterij. et ibi-
dem notant doctores. Pro isto tñ sciendum q̄
hodiē multi sumpererunt occasiōnē erroris ex
isto dicto, quo dicit: P̄c̄nitētia sunt arbitra-
riæ. & secundūm arbitriū sacerdotis imponen-
dæ. Et ideo pro meliori istius dicti intelligen-
tia aduertendum est quod sicut dicit sanctus
Thomas super. 4. distin&. 19. quæst. articul. 4.
Si quis præter modum agentis principalis vti
sua potestate præsumperit: non consequitur
effectum, secundūm Dionysium: & propterea
talis ab ordine & officio diuino auertetur,
& culpam incurret. Verbi gratia: Si minister
mēdici aliter adhiberet medicinam x̄grotō
quād̄ præcepit medicus, grauitē talis offende-
ret medicum, & etiam x̄grotum. Et quia p̄c̄ni-
tētia satisfactoriæ sunt medicinæ pro pec-
catis infligenda: ideo sicut medicinæ in arte
determinatæ non omnibus competunt, sed
variandæ sunt secundūm arbitriū medici non
proprietam

propriam voluntatem sequētis, sed artem me dicinē; ita pœnæ satisfactorię determinata in canone non cōpetunt omnibus, sed variante sunt secundū arbitriū sacerdotis diuino iusti fū regulatum. Hęc Thomas Vide ergo quicunq; iudicas, secundū caput tuū iniungendo pœnitentias nō taxatis debitiss circumstantijs: quia in magno periculo es, decipiēs te & confitentē, si arbitrari aliter pœnitentiam, quam Spiritus sanctus eā dictauit, illi confitenti imponendā. Vnde dicit sanctus Thomas dist. 20. q. 2. art. 2. q. qualiter cunq; habeat se sacerdos vel diuertat ē in officio sacramentorū: nisi hō minus peccator permaneat reus ad quātitatem eiusdē pœnæ: & ideō si eam hic nō explet: exigitur ab eo in purgatorio. Sacerdos tñ disctetus (vt dicit idē) pœnā imponēs minorē, etiā ex industria plus pœnē cōfidenti quam nocet: quia fortè à magnitudine pœnæ posset à pœnitentia agenda impediti: quia diuinus amor, qui in eo incipit, & paulatim confortat: excitat eum postea spōre & propria volūtate ad plura opera misericordiæ quam sacerdos imposuit. Sed circa hoc sit sacerdos caut̄, vt tūc hoc faciat qñ presumit de cōfidente vt hoc faciat. Videat ergo sacerdos, & cautē pspiciat q. vbi cunq; pœna à iure expressa est, nō omittat eā imponere, nisi necessitas vel alia causa rationabilis

nabilis aliud suaderet. Vbi autē nō est poena à iure ipsoita & expressa: ibi arbitrio suo idē statuat secundū quod viderit expedire. Nā ex cā pōt eā aggrauare vel mitigare, vt dicit gl. de pœn. dist. 1. mensurā. Ad idē facit Arc. 50. dist. c. de his. Sed forte quereres: Quid si nūq arbitrat⁹ est, & minorē pœnā imponat q. debeat: nūq ille cōfites secur⁹ est: vel an residuum exigit ab eo ī purgatorio? Ad quod respōdeo secundū gloss. 3. de pœni. dist. 1. mensurā. q. si est ordinarius iudex sive sacerdos parochialis, & facit hoc animo disp̄sandi: sufficit illa pœnitentia modica ad delendū peccatū. Si autē p. errorē est ipsoita, & tamē ab illo pœnitentie credebat perit⁹: suffici: illa minor pœnitentia ad peccatū delēdū: dūmodo pœnitēs, qui eā recipit, maiorē suscipere est paratus, si ibi impuneretur. de pœni. dist. 1. quē pœnitent. vers. sed qui. Si autē c. edebat eū imperitū, in culpa est pœnitēs aut cōfites: quia peritiorem non requisiuit Et hoc est cōtra illos, qui impetrat lenientiā cōfendi alibi a suis plebanis: & cōfidentur imperitis sacerdotibus vel monachis ad hoc non electis nec approbatis, & tales se decipiunt. Nam dicit August. de pœnit. Qui vult cōfiteri peccata sua vt inueniat gratiam: querat sacerdotē scientem ligare & solueret ne negligens cūca se sit, negligatur ab eo, qui cum

eum misericorditer monet, & petit ne ambo
in foueam cadat: quoniam stultus errare voluit.
Et subdit, Qui ergo cōfiteri vult, omnino tēbū
sicut sacerdoti meliori, quē inuenire pōt.
Audiat autē vnuquisq; confessor taliter qua-
liter sibi placuerit p̄cēnitētiā iā imponēs, quod
sibi dicāt per beatū Hierony. Et ponunt hæc
verba. 24. q. 1. nō afferamus. vbi dicit: Non af-
fers stateras dolosas, vbi appēdam quod vo-
lūmus, dicentes hoc graue est, hoc leue est: sed
afferamus diuinā statērā ex scripturis sanctis,
tanquā de thesauris Dominicis: & in illa quid-
sit grauius, appendamus. Hæc Hiero. Ex qui-
bus verbis vides quod illæ p̄cēnitētiæ, quæ
imponuntur errore & aliter quam sint impo-
nitæ in iure, dicunt dolosæ & temerariæ. Hoc
est quod dicit Grego. de peni. distin. 5. falsas
p̄cēnitētias. vbi dicit: Falsas p̄cēnitētias esse
dicimus, quæ non secundūm authoritatē san-
ctorū patrū, p̄ qualitatē criminū imponunt.
Vnde dicit gl. q. si certa pena statuit, & tñ mi-
nor imponitur: falsa est p̄cēnitētia, nisi ex cau-
sa temperetur: vt dicitur. 26. q. 7. tempora. vbi
dicit Leo Papa quod tempora p̄cēnitētiæ ha-
bita moderatione constituenda sunt iudicio
sacerdotis, prout confessores p̄cēnitētium a-
nimis perspexerint eē deuotos. Hoc est quod
concludunt doctores finaliter quod iunc tūlū
ex cau-

tūlū ex causa: scilicet necessaria p̄cēnitētia eo
dem modo, quo dictum est arbitriæ possunt
dici, scilicet consideratis circumstantijs perfe-
cti, locorum, temporum, etatū, qualita-
tum, et similius, & aliorū, prout dicitur de p̄cē-
nitētiā distin. 5. Infideret. Circumstantiæ autem no-
tantur in illo versu:
Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo,
quando.
Hoc est dicere, quod licet pro aliquo criminē
a iure taxatur p̄cēnitētia septenīs: si tamen
sacerdos videt personā pauperē, debilitate, vel ni-
mis senectute, vel nimis iuventute, vel multū nobilitate,
vel locū in quo moratur, sicut castrum vel cu-
ritiā principis, nō esse aptū ad p̄cēnitētia agē-
dām sic à fine expressam vel videt tempus hō
cōcūlēns propter nimios labo. es tūc instan-
tes: in his casib⁹ potest confessor moderari
pēnitētia in totō vel in parte, prout not. in gl.
23. quæstio. si is. Et hoc in'ellige quādo con-
tritū sufficiētē vident peccatoē. Sed diceress
tānē Grego. in hōmī. dicit. & ponit in c. p̄cē-
nitētia. Si is qui p̄cēnatus est, dominico debitō
culpas impugnē dimittit, non mediocriter p̄-
fectō offendit, qui debitā cōfessiō regis & do-
mini sui p̄cēnūtūs resoluīt. Similis prima
glo. 26. q. 7. hoc sit positum: dicit quod nō po-
test sacerdos totum dīmittenē sine aliqua p̄cē-
nitētia.

nitentia. Et idem de pœni. distinc. i.e. mensuram. &c. si peccatum. &c. 26. q. 7. tēpora. &c. q. 7. hi qui. Tu dic p. omnia illa loquuntur de illo qui nos est constitutus sufficieret: vel dabo qui non potest agere pœnitentiam compo-dē. Talibus enim sacerdos ex toto non possit dimittere, & grauiter peccaret remittens quia sic se oneraret peccatis aliorum.

33. De restitutioe ablatorum in satisfactione.

ET quia. vt. dicit sanctus. Thomas. restitu-tio male ablatorū, licet nō sit satisfactione, nec pars eius, est tamen præambulum ad satis-factionē: quia nō est aliud, nisi cessare ab of-fensa: ideo de ipsa aliqua subiungā. Scindunt autē quodd homo nec Dōn satisfacere, nec pp-ecciliarī potest, qui rē detinet alienā. Nec pa-re omnia q. alienū recipit & detinet: si vult di-gnē pœnitēre, primō debet omnia illa restitu-ire, sī pōt. Si autē nō pōt, sufficit voluntas resti-tuēdi, cū tāta restitutioe, quāta possibilis est, sō-ēdū. cōditionē veriusq. ad arbitriū bonorū. Vade nota quod. si quis auferat aliqui famam intencionē infamandi pōde restitutioe fave-tenetur ad restitutioē, scilicet fama, dicendo se falsum: iuxta si falsum dixit. Si verō verum dixit & nō feruquit modū fraterē concrep-o-nis: dica quod: hoc dixit nō in cōsēnsus eius bonorū. Item ablutionē vi ginitatis restituar ad ar-bitrium

bitrium bonorum: vel si est pœna statuta in ciuitate, illam soluat. Similiter ad ablationē mē-bri, vel priuationē vitæ, alicui fit restitutio se-cundūm consuetudinem vel statutum cōniuti-tatis vel terræ. Tenetur etiam facis facere pueris & vxori interfecti, quia abstulit pueris pā-trem, & uxori maritum, qui eos nutriebat. Vnde illud damnum inde proueniens debet eis tunc restituere secundūm statutum. Et quia, vt dicit doctor subtilis. i.e. dist. q. 3. ex quo omnia i la vix aliquis potest recompensare cōdi-gnē: expediet similiter anima: cuiuslibet homicidē, vt solueret per passionē voluntārī, vt scilicet occideretur pro homicidio. Vnde dicte quodd opportūnē prouisum est in multis com-munitatibus: bi est statuta lēx talionis in cau-sa homicidij, nec feruatur vt lēx Mōsaica, sed vt euāgelica: de qua Matth. 2. 6. Omnes, quia ac-ceperint gladiū, gladio peribunt. Itē si aliquia aliū impedit in præbēda consequenda, si facit animo lē dédi ipsū: tenetur ad restitutioē: nō quadū valebet præbēda, quia nondū eādem fuit consecutus: sed pensatis conditionib-üs utriusque ad arbitriū bonorum. Nam si se-cit, quia in dignus erat ille, quem impidebat, vel vt de meliori prouidēt etiūstē se cit, nēc te-nebit restituere. Non solum autem, qui acci-pit, sed etiam qui fauerit aēcipienti, tenetur ad

restitutionem: vt illi, qui peccatis alienis consentiunt. Nā qui iuuat facere, tenetur ad restitutionē totius. Similiter, qui consulit facere, ita quod sine eius consilio non fuisset factū, totū restituat: aliás restituat quātum nocuit per se. Similiter adulator laudans raptorem, quare ipse rapit, aliás nō rapturus: tenetur in solidū, id est, in toto sicut principalis. Similiter participans in crimen furti vel rapinæ, tenetur in solidum sicut principalis. Similiter participans in re furata vel rapta: tenetur restituere eam: & etiā qui ea scienter emit vel recipit. Similiter qui vides furtum fieri, & tacet, cùm ex officio teneatur reuelare: tenetur ad restitutionē: aliás non. Similiter qui non prohibet, cùm tamen teneatur ex officio. Similiter qui scit rem vbi iacet, & non vult reuelare. Si tamen principalis satisfecit: alij non tenentur, secundūm Raym. & secundūm Thomam secunda secundūm. q. 6. artic. 5. Cùm autem spoliari ignoratur: tūc distribuētur res in pios usus pro paupe tribus illi loci, vbi rapina est facta, vel p ecclie hys, eiusdem loci: & hoc si nō apparet hēres suis: quia si apparet illi sit restitutio. Si etiam sit absens, cui fieri debet restitutio: debet ei trāsmitti, si commodē fieri potest: alioquin in loco tu to debet reponi & conseruari pro eo, secundūm Thomam, vbi supra.

¶ Cautelæ ex parte confitēntis seruanda. P Rimo caueat confitens, ne diuidat confessionem: vt puta dicendo vnam partē peccatorum coram vno sacerdote, & aliā coram alio: sed integraliter confiteatur omnia vni de penit. dist. s.c.i. Nā aliás cōfessio esse falsa & ficta: & ī ea nihil dimittit, iuxta illud: Larga Dei pietas veniam non dimidiabit.

Aut nihil aut totum propitiando dabit. Si tamen confitens quis coram vno sacerdote nō recordabatur aliqua peccata, quę postea reducens memorię vadit & confitetur coram alio: nō est diuisio cōfessionis: nec oportet vt reiteret confessionē prius factā: seu dicat in generali quod cum alia multa sit confessus hoc fuit oblitus. Ita dicit sanctus Thomas in quarto distinctione decimaseptima, questione decimatertia, articul. tertio. Multi autē indiscreti arguit alios q̄ tūc nec isti nec illi confitentur, quod fieri omnino debet. Nā sic coram pluribus confitentes si faciant eo proposito vt multiplicent eis intercessores & oratores ad Deum: aut vt sic eorū plurib⁹ confitentes eadem peccata, maiore ruborem habeāt, cōmendabiles sunt. Vtile nanque est taliter cōsideri pluribus propter maiore vere cūdiā habendā, quę est maxima ps satisfactio nis. Et pōt̄ esse tam frequens confessio quod

150. DE CAVTE CONFITIT.

etiam tota pena tollatur. Nam dicit sanctus Thomas distin. 18. quæstio. 3. articulo. 3. quod pét absolutione sacerdotis non solū culpa dimittit, sed etiam de illa poena, quæ in purgatorio debetur, aliquid dimittit, ut min⁹ in purgatorio paxiliatur absolutus decedēs ante satisfaciōnē, quā si ante solutionē decederet: & sic virtute passionis Christi sine præjudicio diuinæ iustitiae penitentia singulorū proportionabiliter aliquid dimittitur. Et subdit: Nō est inconueniens si per frequentem confessionem etiam tota pena tollatur, Ut peccatum omnino maneat impunitū, pro quo pena Christi satisficerit. Hæc sanctus Thomas, vbi supra, a titulo tertio. Vtile est etiam sic confiteri pluribus: quia quilibet confessor tenet orare pro suis confessis, & eorum memoriam in missa, saltē generalē. Veruntamē reprehendendi sunt cōfitterentes: qui nunc isti ista peccata, postea alteri de nouo iterum commissa cōfitterunt, vel recundantes priorem confessorem pro eo quod iterum eadem prius confessa postea commisserit. Vnde inducendi sunt ne hoc faciant: quia confessor nouit eorum fragilitatem, vnde nō debet imputare.

Secundò caueat confitens ne metiatur, ne scilicet plus dicat quam res se haber, vel minus: quia secundum sanctū Augustinū & S. Thomam, si

CIRCA CONFESIONES. 151
mām, si hōn est peccator, mētiendo sit peccator. 12. q. 4. tū humilitatis causa. Et hoc multa arguit illos, qui dampna humilitatis de se p̄ fini-
guunt, vel causa hypocrisis minus dicunt.

Tertio caueat confitens, ne aliquid omitat, licet dubiteat illud esse peccatum mortale: sed dicat confessori suū, querendo an sit peccatum mortale: alias peccaret mortaliter omissiendo in tali dabitatione confiteri.

Quartò caueat ne omittat iterare confessionē si confessus fuit sacerdoti, q. eū absoluere nō potuit: vel si potuit, nesciuit discernere: vel si confessio nō fuit regia, vt q. tacuit aliquid peccati mortale, vel neglexit, vel oblit⁹ est satisfactionē iniunctā in penitentiā. Similiter si confessus est sine cōtritione: p̄lita habēdo, p̄positū in idē peccati rēuerteridi. In his enim casib⁹ tenet reiterare confessionē, secundū Petri. Sed an recidivās tenet cōfitteri peccata priora? Thos. in. 4. dist. 12. q. q. 4. dicit q̄d dicitur & non tenet, nec in gnali, nec in speciali: sed bene indire. Et si aquā illud, siue quo sciri nō pot debitus mod⁹ satisfactionis, vnde tenet cōfitteri & nō tūtificare peccata dimissā quā si sufficiat, vt sciat q̄d satisfactionē sit ei iusponēda: vt si ipse frequenter lapsus carnis passus est ex aliqua occasione, ita q̄ occasio per satisfactionē preſcindatur, & similiter de alijs peccatis.

Quinto caueat confitens ne cōfiteatur alieno sacerdoti, hoc est nō proprio: quia alienus, nō potest cū absoluere vel ligare de poenitentia & remissio. c. omnis. & de. p̄c̄ti. di. s. placitum. Licer enim omnes sacerdotes claves ligādi, ac solvendi accipiant in ordinatione sua: neq; mā, equaliter laxata est illa potestas ad quoslibet sacerdotes. Et illa potestas ita cōcessa qis est illigata quātu ad exercitiū, ita q; non possunt cā exerceere, nisi def̄ eis potestas a iurisdictionis ordinaria vel delegata ab episcopō vel à sede apostolica, secundūm Ioan. And. in. c. omni.

Potest autem proprius sacerdos quadrupliciter accipi. Vno modo pro eo, qui praeest parochiæ: ut plebanus, qui habet potestatē, sed modo inferiori. Adio modo, qui, praeest ipso, superiori: & sic episcopus est proprius sacerdos, ut hōi suæ diocesis, & immediat⁹, vt in. c. xijij. episcopus de offi. ordi. lib. 6. & in. c. xlvi. de officiis archid. secundūm Hostien. Vel qui praeest modo principalissimo: ut papa. Nam papa est proprius sacerdos omniū Christianorū, & habet plenitudinem potestatis de author. & vī pall. ad honorē. & de foro cōpeten. cap. vii. ss. 2. quæstio. 3. capitul. cuncta per Mundum. Terciō: proprius sacerdos dicitur habens iurisdictionem delegatā ab aliquo prædictorū, nec a legato pape de offi. scle. c. 1. Quarto: habens

iurisdictio-

iurisdictionem à cōmoni confessione vel permissione juris: & sic proprij sunt illi, quos episcopi & abbates exempti eligūt in cōfessores: vt de poenitentia, & re, ne pro dilatioē. Sic etiam in articulo mortis quilibet est, proprius sacerdos illi quē audiuit, si propriū habere non potest. vigesimalē: a, quāst. sexta; si presbyter. & c. sequenti. Hoc etiā modo vagabundorū hominū est quilibet proprius sacerdos, ad quē deueniūt. Similiter proprius sacerdos peregrinorū est, ad quēcūq; deueniūt. Cōcordat lo. An. Inn. Hostie. Frater Ioānes Hereticus, & Ioannes de lignano, de p̄c̄ni. & remissio. c. omnis. Sciendum, tamen circa prædicta q; episcopus potest committere audientiam confessionis, fratribus Prædicatoribus vel Minoribus per ipsum electis & probatis: sed illi non habent authoritatē totalem sicut plebani, nisi eis specialiter committatur: vt notatur de sepulturis, capite, dudum. in Clementinis. Nec confessus talibus tenetur iterū cōfiteri proprio sacerdoti, vt quidam erroneē putant: quorum author fuit Ioannes de Polycratis: quem reprobauit Joannes vicefatuus secundus in quadam extra vaganti qua: incipit. V. as electionis.

Sciendum etiam, circa prædicta quād quis potest confiteri alteri quam proprio sacerdoti in pluribus casibus. Primo si substitutus sit proprium

propriū plebātus hæc ētū, aut sollicitatōēs ad malū, aut fragilē ad peccatū, aut ad reuelatiōēs dām pronū. & generaliter vbiq; confitent̄ probabilitē tñet sibi vel sacerdoti periculū: tūc enī debet requirere at superiōrē, & pēterit licētiā alteri cōfiteādi. Hæc Thomas in quālito, distinctione decima septima: Hostiēis enī: enūmerat octo casus. Primus est, qn p̄ optiōnē sacerdos est omnīnd indiscretus, vnde p̄tētitia, distinctione sexta, cā: i. placuit. Sed in his subditus debet petere licētiā à sacerdote p̄prio: quā si nō vult dare, petat cā ab Episcopo. Secūdus, qn̄do parochianus trāstulit dōmici- clū ad alia parochiā. Tertiā: quandō quis est vagabūdus. Quartus, cū quis querit dōmicitū, quō se cōferat, & nec dū quiētatus est, aut limitat̄ ad vñū locū. Quintus, cū quis deliquit in aliena parochia, & cōmisiſt rapinā: tūc enim ibi punitur de rap. c. Et hoc si est publ. cū ita q̄ pro eo esset excommunicatus à p̄elato ipa- tiū loci. Aliás si esset occultū, potest absolvī à proprio sacerdote, vbiq; furtū vel rapinā accipit. Sextus, ratione studij: vt cūm'clerici accedunt de licētiā p̄elatorum ad studium. Sei- ptimus, i. épōre necessitatis: vt quia iāfirmatur ad mortē, vel debet intrare bellum, vel māre. Octauus, si nō ponat spem in pētitia p̄prij sacerdotis. Sed hoc ultimum communiter non tenetur

CIRCA CONFESIONES. 111:
reseretur. In talib⁹ enim casib⁹, vbi quis cōfiteb⁹ alieno, debet ei iniūgi, vt se p̄fenter p̄prio sacerdoti: nec propri⁹ sacerdos debet ei crede re, ne diceret se esse absolutū ab aliqua excōi- catione: quia tunc nō tenetur credere sine li- teris absolutionis. Ego tamē cōsulo secundū Richardū m. 4. dist. 17. quēst. prima. artic. 3. q̄ sine causa multūm necessaria vel legitima nō querat quis alium sacerdotē p̄tēr propriū: scut multi consueuerunt facere, dubitantes, temere de vita propriorum sacerdotum, & di- centes quād non cōfitebuntur illi inebria- to, sed querunt alienum contra statutum ec- clesiæ. Sed si alter discretior non potest habe- ri, vel p̄elatus non vult dare licētiām sub- dito cōfendi: alij p̄tēr se: quid erit agen- dum? Dicit Richardus quād in tali casu p̄tēr bonum obedientiē facit magis subditus vtilitatem animæ suæ confitendo proprio sa- cerdoti minus bono, dum tamen sit sufficiēs, quā cōfiteando alteri meliori. Et dico de mi- nus bono, non de minus discreto: quia aliás semper querēdus esset minus discretus; quād non est verum: sed semper querēdus est ma- gis discretus, si potest haberi. Nec excusatur subditus indiscreto plebano confitens si eum male iudicat: quia non tenetur cæsus cīcum- ducere, ne ambo in foueam cadant.

Et nota

Et nota quod in casu quo quis venies de aliena parochia, caueat imperitiā proprij sacerdotis, petes audiri confessionē suam per alium plebanum: dicēs se habere licentiā a proprio sacerdote: nunquid tenetur ei credere ille; quem petit pro audiēda cōfessione? Respōdeo quod sic, prout notauit Ioan. And: in glos. 4. capit. primo, de priuileg. in Clémē. Pro quo allegauit de pœnit. distinc. 6. placuit, quia nō est immemor p̄sūmendus suę salutis. prima quēstione septima, capit. sancinus. & de homicidijs, capitulo, significasti. Potest autē hāc licentiā parochialis dare, etiam si nondū haberet ordinē sacerdotij, aut eius vicarius vices suas gerēs: vt dicit Jo. An. in quinta glos. ibid.

* De cautelis seruandis ex pte confessoris.
ro communiter tenent quod sit ordinis, de quo
Io. Andr. in nouella Sexti norat pulchri circa
præmiū. Et hoc idem tenet doctor subtilis in
4. Sententiarum distin. 24. arti. 2. In quolibet
autem ordine character imprimitur, cūm eis
per episcopū porrigitur I. ber cum forma ver-
borum. Acolytha, cūm datur candelabrum.
Subdiacono, cūm datur calix vacuus cū alijs
vasis, quorum vius est in cōfessione eucaristiæ.
Diacono & presbytero, quādo episcopus
imponit manum capiti: & hæc impositio con-
fert plenitudinem gratiæ. Thomas tamen di-
cit distin. 24. q. 5. arti. 2. quod subdiacono im-
primitur character in datione calicis tantum:
cuius actus principalis est circa vasā tentum,
& non circa cōtentum in vasis. Vnde nō potest
tangere corp' Christi sine necessitate magna.
Sed actus diaconi nec est super vasa tantum,
nec super contenta in vasis, quia ille est actus
sacerdotis: sed & si super corpus contentum in

vase tantum. Vnde eius est dispensare corporis Christi in patena, & sanguinem in calice: ideo potestas eius ad actum non potuit exprimi p[ro]dationem validatum nec materie tam: sed ex primitur per actum in hoc p[ro]datur sibiliter Evangeliorum: & in hac datione imprimitur character, secundum Tho. vbi supra dicens q[uod] contractus iste instrumentorum talium est de essentia sacramenti quia dicitur, Accipe hoc aut illud. Impositio autem manus non est de necessitate & substantia huius sacramenti: vt de sacramentis iterand. c. viii. Et licet isti characteres in essentia distinguantur: tam in fine vniuntur: quia ad ultimum characterem presbyteratus. & secundum Petrum in. 4. dist. 24. q. 1. articulo. & Ioan. Parisien. non est credendum quod character vnius ordinis presupponat characterem alterius ordinis. Nam vt dicit Thomas. vb supra in p[ro]initia ecclesia aliqui ordinabantur in presbyteros, qui tamen prius inferiores ordines non acceperunt: & tamen poterant duas inferiores. Sed hodie statuit ecclesia vt non ingrat se quis ad maiores, qui prius in minoribus officijs se non humiliauit. ideo hoc est de congruitate, & non de necessitate. Et nota secundum Tho. in. 4. distin. 24. q. 2. articulo. q[uod] episcop[us] primus preparat ordinandos p[ro]trahit et per benedictionem, per quam dominum officijs.

officijs mancipantur: per manus impositionem per quam datur plenitudo gratiae, per quam ad magna sunt idonei: & solis diaconis & presbyteris fit manus impositione. Tertio p[ro]unctione ad aliquod sacramentum tegendum: quod fit solis sacerdotibus, qui proprijs manibus tegunt corpus Christi. Vnde etiam calix & patena vnguntur.

H. De accidentalibus honoribus sacramenti.

Es autem scidum quod illa dicuntur accidentalia sacramenti, quae requirantur de congruitate, & non de necessitate sacramenti. Congruum est ergo primum, vt non ordinetur quis ad sacros ordines, nisi habeat etatem legitimam. Aetas autem pro subdiacono est viginti annorum: pro presbytero vigintiquinq[ue], & ponitur in clementina de etate & qualitate praelacione. capi generali. Et vt nota loquitur And. in. c. ei cui de preb[enda]. lib. o. 6. in gloss. 4. non est opus feruare interstitia longa temporum in ordinibus suscipiendis, sicut prius. Unde habet etatem legitimam leitus in carnifice: prius potest canare missam in fæc[tu]rio constitutus in festo paschæ. Si tamen quis in minori etate recipit hoc sacramentum, net: sed peccat, & debet suspediti ab executione ipsius & ordinatore a collatione ordinum: & cum hoc potest compelli ut sibi provideat de aliquo beneficio, vt de tempo ordinis. capi, vel non

est. Hoc enim q̄ huic imperfecto annis distinctionis recipiat sacramentū ordinis: licet sed Tho. sit ppter honestatē sacramentī institutū ita ut iam sit ex necessitate p̄ceptū: non tñ ex necessitate sacramēti. Vñ si ordo sacer cōferēt puerō earēti v̄su rationis: tenet quātū est ex vi sacramēti. Dicitn̄ Th. q̄ i illis sacramētis, vbi aet̄us suscipientis requirif: ibi v̄sus ratiōis nō est de necessitate sacramēti, sicut in p̄cūnitū & matrimonio. Sed in qb̄ aet̄ suscipiētis nō requirif: v̄sus etiā ratiōis nō est de necessitate sacramēti, sicut est i ordine sacro. vbi solū sp̄ ritualis potestas dat: & ideo v̄sus ratiōis non requirif. Sciendum q̄ licet laicus ignarus nihil sciens de litera ordinem possit sacram suscipere, quātum est ex vi sacramenti: peccat tamen grauiter episcopus cōferens tali ordinē fieri. Nā dicit Tho. q̄ tenet ordinādus scire quod pertinet ad eius officium secūdum magis & mia³. Vnde sacerdos religiosus ex quo recipit potestatē tantum super corpus Christi verū cōsecrandi: ideo sufficit q̄ solū sciat illa quāt̄ requirunt ad consecrationē corporis Christi. Curat⁹ autem vt plebanus teneat plus scire: quia promonetur super corpus Christi mysticum, quod est ecclesia. Vnde debet scire cā, quāt̄ spectant ad populum. Ad episcopum vero pertinet scire etiam difficiles, quēstionēs

sacræ

sacræ scripturæ. Quod ergo dicitur q̄ de substantia sacri ordinis sunt eloquia diuina, vt dicuntur. 38. dis. omnes psallētes, exponendū est nō de substantia ordinis, sed de substantia executionis: quia scilicet talis exequi non potest sicut ordinem, nisi sciat illud quod ad illum ordinem spectat exequendum.

Item licet sex tempora anni sunt deputata ad cōferendum ordines: tamē hoc non est de substantia secundū Ray. Et hoc expressum est de tēp. ordi. sanē. Congruum tamen valde est vt nō alijs, nisi pr̄dictis sex tēporibus cōserātur: scilicet quartuor tēporibus singulis, sabbatho, Sitiētes, & sabbatho paschā: vt dicit dist. 71. c. vlt. Poteſt tamē episcopus cōſerre minores ordines diebus dominicis: sed nō multis, ne videat generalē ordinationē fecere: vt de tēpo. ordi. de eo. Ideo autē sabbatho conferuntur sacri ordines: quia sabbathū significat requiē, per quod significat q̄ qui ordinat ad sacros ordines irreducibiliter, transit de labore in requiē: puta de labore seculariū negotiorū ad requiē, id est, ad vacandū spiritualibus: vt dicitur. 88. distinctione fornicari. Possunt etiam conferri ordines faci in die dominico mane: ita tamen quod ordinandus & ordinator continent ieiunium p̄cedentis sabbathi: quia tunc mane dominica dietrahi-

tur ad sabbathum propter continuationem ieiunij. Sed hoc non faciat episcopus sine necessitate: ut si forte infirmitas fabba ho, potest differre in castinu. Et intellige de vno & eodem ordine, non de diuersis. Nam nullus debet suscipere duos ordines, vel minorē & vnu sacru in eiusdem quataor temporibus. Poena autem ordinatorum extra dicta tempora, est suspensio ab executione illius ordinis, quem suscepit: ut de tempore, ordinatur. Potest tamen cum eis dispensari ut ministrant, impetrata eis poenitentia: vel in eisdem consultationi, ibidem. Ordinator vero debet primitari auctoritate ordinandi: ut ibidem pater.

De cautelis circa sacramentum ordinis obseruandis.

Et primò caueat episcopus ne ordinet alienum clericū vel laicū: ut de tempo, ordinum nullus. lib. 6. Quod si fecerit per annum à collatione ordinis est suspendendus. Et interim clerici sui absq; licentia sua à viciniis episcopis possunt ordinari: ut patet de tempo, ordinis. lib. 6. Clerici vero, qui sine proprij episcopi licentia ordinantur, ab executione ordinis suspendantur: tamen episcopus potest cum eis dispensare. 9. q. 1. Lugdu. de tempore ordini. quod translatio. Secundò caueat episcopus ne ordinem aliquem ad factos ordines sine titulo: alias solus ei prouidere tenebit de beneficio.

Tertiò

Tertiò caueat ne ordinet per simoniam: ut de simo, per totū. Nec solus episcopus, sed etiam notarius non debet formatas videret de simo. c. 1. Quartò caueat ordinatus, ne recipiat ordinem aliquem ab episcopo, quem scit simoniacem in ordinem susceptum: siue sit occultum, siue manifestum: quia non recipit executionem, & indiget dispensatione. 1. q. 1. si qui à simoniaco. Dicit tamen Thomas. 2. 1. q. 8. p. si esset simoniacus alia ex causa, posset ab eo recipere ordinem, dum modo sit occultum: quia talis episcopus non est suspensus ad alios, sed ad se tantum.

Quintò caueat ordinatus ne tempore ordinationis sit in peccato mortali: nam mortaliter petaret distinc. 11. multi. Et idem sanctus Thomas in 4. distinc. 24. nec talis potest vesti ordinem sic suscepto, secundum ipsum: quia facit contra praeceptum illud Deuteronomio. 18. Iussè quod iustum est exequaris. Vnde talis quoties tale actum exercet, semper peccat mortaliter. Dicit tamen Thomas ibidem, quod subditus huiusmodi ordinatus in peccato mortali teneatur ab eo recipere sacramentum, si est occultum: & hoc quantum toleratur ab ecclesia. Tamen dicit idem: Non est tunc tam ad aliquem actum sui ordinis exequendum inducere durans conscientia quod iste sit in peccato mortali: quam tamen deponere posset: quia in instanti:

stanti homo posset à diuina gratia emendari.

Sextò caueat clericus ne ordineſ ſine exa-
mine: aliás dicif fortitè ordinatus, ſecundū
Host. vt. 63. diſt extra cōſciētiā. nec proſunt ei
formatoria. Si tñ eſt dignus & noꝝ, nihil ob-
eſt: quia tales nō ſunt examinādi. Arch. 23. dī.
c. nullus. Sed ſi eſt indignus, deponi debet. de
corpo vitiatis. c. expoſuſti. Si etiā fit ignor-
quāniſ diguꝝ, deponi debet. 21. dī. c. vlt. & mul-
tò fortius n̄ eſt indignus. l. diſt. ex p̄enitētiā.
Debet etiā cōſteri publicē epifcopo ſuo cri-
mina ſeu notoria impediſmenta iuriſ vel facti
ut ibidem dicif. Si autē ſubtinet talia, etiā poſt
p̄enitētiā, impediūt executionē. Nec etiam
fufcipiat aliquē ordinem ſuperiorē omiſſo in-
feriori: quia hoc eſt per ſaltum promoueri. Et
tal is debet deponi, ſi hoc teneret ex malitia. fe-
cūſ ſi ex ignorantia vel negligētiā. di. 48. ſicut
olim. Ex diſpēſatione tamē epifcopi ad omiſ-
ſum ordinem potest promoueri: ſed in ſuſcep-
to priuſ nō administrabit. Datur autē gratia
gratui ſaciēs in hoc ſacramēto: quæ neceſſa-
ria eſt nō ſolū ad dignē ſuſcipiendū ſacramē-
tū, ſed etiam ad dignē ministrādum, ſecundū
Thomam & Petruſ in. 4. diſtinc. 4.

20. De ſacramento matrimonij.

Propter fornicationē habeat quiſq; vxo-
re ſuſ. Lad Corin. 6. &. 32. q. 2. c. his ita. Li-
cer ma-

eſt matrimoniuſ in ſtuſ innocētię ſit iſtitu-
tuſ in oſſiciū naturę. hoc eſt propagationē &
multiplicationem prolis ad Dei cultū: quia tñ
naturę laſta vitiata eſt ex originali peccato,
adeo ut falſe ſppriam in mellem nō vereatur
mittere alienā: quæ rens in differēter quacūq;
ſcēmina, cū qual ornicatiōis expleat peccatū:
ideo magnus doctoſ gentium, predicator &
reclōr, pociſdens de remedio dicit. Propter
fornicationē euitādā vnoſq; ſuſ habeat vxorē
ſuā. per q; dampnat peccatū fornicationis: &
eōmēdat ſtatū matrimonij cōjugalis. In qbus
verbis primō Apoſtol⁹ ſuadet vitare fornicationē, ibi: Propt̄ fornicationē. Secūdo cōſulit
remedij abſhibitionē: quia habeat vxorē ſuā.
Per primū dampnatur error illorū, qui dicunt
ſimplicē fornicationē non eſſe peccatū: alle-
gātē ſanctos patres, ſcilicet Abraham, Iacob,
David, & alios, qui habebant cōcubinas, nec
tamē illa fornicatio impurata eſt eis ad pecca-
tū. Quibus repondeſ ſecundū Tho. in. 4.
Senten. diſt. 33. q. 4. quia quilibet fornicatio
extra matrimonium, quæ tollit debitā ordi-
nationem parentis ad prolem, quam natura
ex concubitu intendit: eſt peccatum. Ideo ſe-
cundū ipſum ſine dubio ſimplex fornicationē
eſt peccatum mortale: etiam ſi lex ſcripta
nō eſſet, quod eſt multy mōnotabile. Vbi cu-
que

que autē legimus aliquos patres habuisse cōcubinas: illud fuit pro speciali dispensatione Spiritus sancti, & ad designandū aliquid. Hoc enim q̄ filij Iacob ex liberis & ancillis fuerūt hæredes, designat quod Christo in baptismo nascuntur filij & hæredes per bonos & malos ministros: sic etiā alia omnia in prædictis partibus ad mysterium pertinent: ut habetur latius. 3. q. 3. c. 1. 2. & 3. de quo cui placet sufficiēter informari, videat notata mea super sexio præcepto: scilicet, Non mœchaberis. Per secundum dānatur bigamia, cùm dicitur: Habeat vxorem suam: & sic vnam tantum, non plures simul. Vnde Saluator, repetēs illud Genes. 1. Erunt duo in carne una. Matt. 19. dicit: Itaque iam non sunt duo, sed una caro.

¶ De sponsalibus hic prius agitur.

Circa illud sacramentum primò vidēndū de substantialibus: secundò de accidentibus: tertio de cautelis.

Quantum ad primū sciendum est q̄ quædam sunt accidentia matrimonij scilicet sponsalia: & idcō de ipsis primō videntur: est. Secundō quid sit matrimonium. Tertiō, que requiriuntur ad matrimonium. Quartō, quæ impedient ipsum. Quantum ad primum, sponsalia secundūm Franciscum de Zabarella super rubrica de sponsalibus, sic definitur: sunt fu-

turarum nuptiarum seu matrimonij promissio. Et definitio illa trahitur ex canone. 30. q. 1. nostrarē. Dicuntur à spōdeo spondes: quia, ut dicit Gaspar de Caldarijs, olim sponsus & sponsa mitebāt cautiones, quibus spondebāt se in iura matrimonij contentire, & fidei invictores dabant, quibus id se obseruatos obligabant. Quandoq; etiam sponsalia dicuntur matrimonium: sed tunc debent intelligi, si sunt sponsalia de presenti. Et sunt sponsalia quatuor modis. Primo, munda promissione: ut cum dicitur, Promitto te ducere in uxore. Secundo, datum arrhīs sponsalitij, ut pecuniae vel alterius rei. Tertio, annuli subarthratione. Quartō, interueniente iuramento: ut cum alter alteri imitat, dicens: Iuro q̄ te in vxoremducere volo. Quoniodocunq; ergo, quis istorum quatuor modoru promittit ducere aliam & postea non corat, peccat mortaliter nisi legitimū impedimentum interueniat. Scindunt tamen quod si sponsi sibi iniuriant, duplicit & dissentiunt, si sponsalia non fuerint iurata, possunt se mutuo absoluere. Vnde doctores in cap. præterea, de sponsalibus, vbi inter exterios Iacobus de Albergā notat quod quando eccllesia videt quod sponsi sibi iurieem dispergunt, debet dissimulare: id est, non debet cogere sponsum & sponsam ad perficiendum matrimonium.

timonium, propter malum, quod posset inde prouenire, scilicet vxori cedit, vel mutua adulteria contrahentium. Et hoc placet Gaspari. Si autem tantum alter dissentit, dicit Gotredus, q[uod] ex quo aker dissentit; dissenties praeceps cōpellis, donec in eodē statu permanet. sed si cū alio contraxerit p[ro] verba de præsentis: cessabit coactio. Idē vult Inno. titu. de sponsalibus. An autē spousalia iurata possint n[on] in uno partiū dissensu dissolui: licet antiqui doctores dubitent de hoc, moderni tamen expedierunt illum causa. Vnde Vincentius in c. præterea. de sponsalibus. ponit distinguedo an iuramentū dirigat in Deum, an in hominē. Primiō casu, nullus potest absoluere nisi Deus. Secundiō casu homo, cui iurat, p[otest] absoluere. Tunc autē dirigitur in D[omi]num, secundūm Io. Andre. q[uod] is, qui iurat, magis intendit placere Deo, quam hominibus: tue sit in faciendo aliquid meritoriu[m], siue in abstinentia ab aliquo illicito. Exemplum primi: iurauit abbatii intrare monasteriu[m], hoc enim tantum Deum concernit, nō abbati: vñ abbas nō p[otest] me absoluere à iuramento. Similiter iurauit nō occidere hominē, &c. Ad omninem autē tunc dirigit, si iurauit tibi scribere librum: ab hoc enim tu petes me absoluere: quia te solum concernit hoc opus. Licet enim omne iuramentū cōcernat Deum, principali- ter, quia

DE SPONSALIBVS. 207
 ter, quia p[ro] religionē p[ro]mittit: tū quia cōcernit commodū eius, cui iurat: p[otest] ab eo remitti de iure iurando. c. 1. Idem etiā tenet Gaspar, dicēs q[uod] sponsalia etiā iurata mundo dissensu tollūt: quia sublata obligatioe sublatū est iuramētu: sicut dicitur de statuto & iurato: & notatur de præbendis. dilectio. Facit ad hoc regula, quod fauore. lib. 6. Et nota f[ac]it, quæ: c. in gl. penul. vbi dicitur q[uod] parentes sicut possunt irangere sponsalia filiorum: sic & iuramēta remittere. Concludo ergo, & dico secundū Franciscū de Zabarellis, quod si aliquis iurat spousam eius intuitu: potest sponsa ipsum absoluere: sic si intuitu Dei, seu ob pietatē: vt cū spousus esset diues, sponsa pauperima. Tamen dicit Francisca q[uod] etiam in hoc casu potest eum sponsa absoluere: quia licet iurauit intuitu Dei: tamē ex quo cōmodum concernit spousam: ipsa potest remittere prædicta. Et sic generaliter obseruatur: aā ecclesia se nō iurauit de spousalibus de futuro, nec ad instantiā alterius partis. Ambobus ergo dissentientibus, etiam si iurassent: mutuo se possunt absoluere.

Et nota quod: etias seu tempus cōrahendi spousalia utrobiq[ue] est septennium. Vnde spousatio, quæ sit in quinq[ue] vel sex annis, nulla est: vt de despōsatione iuxtaberunt literas. Nam ex talibus sponsalibus inducitur publica honestatis

vestaris iustitia. Est autem publica honestas, secundum Franciscū in c. iuuenis. de sponsa. impedimentū, quod nec ex consanguinitate nec ex affinitate procedit: sed ex quadam honestate, quę in matrimonij consideranda est: vt ille, qui prius contraxit sponsalia cū aliqua, ipsa mortua nō ducat aliquā consanguineam ipsius infra quartū gradum: vt in c. audientiā. & de sponsalib⁹. c. i. libr. 6. Ratio autē huius constitutionis est: quia experit a docuit graves iuxtas & iniurias inter consanguineos viri, quā vni despōnsata aliquis de consanguinitate spousi procurat habere. Similiter quando quis consanguineā sponsa sit ipse mortua, cum qua nōdū perfecerat matrimonium, tali dicere: non est honestum; cūnī per hoc quasi duo consanguinei videa: ī vni mulieri copulati: quod honestas prolihe. Veruntamē ius commune est, qđ si quis despōnsat puellam ante septem annos, si interim ipse morit⁹, pōt eām frater suus ducere. Similiter si moretetur illa puella ante septimum annum, vir ducere eius sororem aut matrem. Et hoc totū habes, de despōnsatione impuberum literas.

Sunt autem octo casus, in quibus solvuntur sponsalia. Primus, si alter sponsum post despōnsationem transcat ad religionē: quod tam potest facere contracto matrimonio ante

ante copulam carnalem: tūc enim mulier pōt alteri nubere, quasi post mortē viri: quia religio est quædam mors civilis, secundum Thomā in 4. dist. 27. q. 3. Secundus, quād sponsum se absenter per longum tempus, sponsa cū alio potest contrahere. Tertius, si alter eorū incutrat leptam vel paralysem. Quartus, si superueniret affinitas: vt quia sponsus cognovit consanguineam sponsa. Quintus, si mutuo se absoluunt. Sextus, si alter eorū fuerit medio tempore fornicatus: quia tūc redditur alteri suspect⁹ de fide postea non seruanda. Septimus, si sponsus cum alia contrahit per verba de presenti, vel etiam de futuro cum copula cānali. Si tamen contrahit cū prima sine iuramento, cum secunda cū iuramento, debet adherere primi & pōnitere de periuio. Octauis, quando quis impubes contraxit sponsalia, & venit ad aetatem adultam, & petit abs⁹ lui à vinculo spōsarium, & sibi dari licentiam nubendi. In omnibus autem istis casibus debent sponsalia authoritate ecclesiæ absoluiri, præter quam in primo, quinto, & sexto, in quibus solvuntur ipso iure. Ad diuinam nonin casum Hostien. scilicet si sa- ma est qđ inter eos est canoniciū impedimentū,

¶ De definitione matrimonij. C. Onsequenter de matrimonio sciendum, quod ipsius sic definitur: Matrimonium, o est viti

est viri & mulieris cōiunctio, indiuiduā cōsue
tudinē vītē retinēs. Ita definitio traditur. 27.
quæst. 2. ca. 1. Per hoc quod dicitur, viri & mu
lieris: excluditur viri cū viro, vel mulieris cū
muliere, vel vnius viri cū multis mulieribus:
quia talis cōiunctio nō causat matrimonium, sed
peccatum. Dicitur etiā, cōiunctio: scilicet amo
ris matrimonialis. Dicit etiam, indiuiduā vītē
confitutinē retinēs, quod est tantū dicere
q̄ neuter eorum abfq̄ alterius cōfensu potest
continentiam profiteri, vel orationi vacare,
nec se alteri copulare: sed sibi inuicē seruare
fidē, & debiti redditionem mutuam. Similiter
debent eis matuo de necessitatibus prouide
re, & subuenire inuicē. Et hoc intelligēdū est
de matrimonio copula carnali consummatio:
quia non cōsummatum tali copula, potest se
parari per ingressum religionis: vt de sponsa
libus, commissum. Intelligitur etiā hoc de ma
trimonio fidelium: quia matrimonium in fidelium
potest separari, altero trāseunte ad fidē. Ratio
autē b̄z̄ Tho. in. 4. distin. 24. q. 1. quare con
iunctio matrimonij est inseparabilis usque ad
mortem inter homines, & non inter alia ani
malia, est h̄c: & quia aliorū animalium filij pos
sunt ibi vīctū statim habere, vel saltē ad eorū
sistenteriōē unum sufficit, ne ut est de väca,
æqua, asina, & similib⁹: & ideo ibi nō est cer
ta cod.

ta cōiunctio certi masculi ad certā feminam:
nec etiā necessaria diurna coniunctio, cō q̄
femina in eis sufficit ad educandū fecū sine
masculo. In his autem, quorū filij indigēt vtri
usq; scilicet tā parris quād matris sustentatiōe:
aliud est. Similiter vbi inuenitur aliqua deter
minatio quantū ad tēpus sustentationis, & edu
cationis, sicut in aib⁹. Vnde passeris, tuttu
res, & colubæ, habent determinatas feminas:
quia habēt educare pulios, & alter eorum non
sufficeret ad quadrū vīctū, cū & se æquali
ter nature debēat. Nō autē sic est in homini
bus: vbi filius indiget cura parētū ad magnū
tēpus. Et ergo matrimonialis cōiunctio inter
solos h̄omines dicitur indiuisibilis secundum
totā vitam alterius conūgij. Oportet enim fi
liū generari, educari, nutriti, & doceri. & sibi
de necessarijs vītē & parentibus prouideri, enī
q̄ iuxta Apostolā, oportet patres filijs thesauri
zare. 11. ad Cor. 12. Ita autē requiriunt magnū
tempus. Et quo ad hoc dicit Lyrasuper Mat.
16. ca. quod matrimonij nō solū est de iste
diuino, sed etiā de iure naturali: quia hoc na
tura dictat q̄ vir & mulier cohabitent simul p
totam vitam: ad educandum & promouendū
prolem usque ad perfectum statum virtutis.
Dicitur autem matrimonium potius, quād
patrimonium: quia maiora onera sunt in ma
trix.

tre,quam in viro. Et dicitur a matre, quasi manus muniū: quia munitur a matre, & dat mulieribus esse matres: & quiā etiā finis principalis matrimonij est bonū prolis, in cuius procreatione mater magis laborat, & ideo ab ipsa denominatur. Fuit autē matrimonij institutū a Deo in statu innocentiae: vt dicit de voto. c. i. li. 6. Et hoc per illa verba, hoc nunc os ex oībus meis, quæ verba Adā Spiritu sancto illustratus dixit Gen. ii. in fi. & 27. q. 2. lex diuina. Et p hoc reprobas illa opinio, quæ dicit p matrimonij sit institutū a Deo illis verbis, Crescite, & multiplicamini. q. videtur inconveniens: cū etiā illa verbā prius dixerat Deus non solū ad homines, sed etiā ad bestias. Gene. i. Et quā uis matrimonij etiā sit institutū tēpore Moysi, & tēpore Christi: hoc fuit amē diuersis respectibus. Nā, vt dicit Thos. dist. 26. in. 4. secundū q. ordinatur ad generationē prolis, quæ erat necessaria: etiā ante peccatiū institutū est a Deo in statu innocentiae, in hoc p Deus formauit mulierē in adjutorium viri; & hoc modo dicitur in officiū fuisse institutū. Sed inquit tum est in remediu peccati, sicut institutū post peccatum tempore legis naturae. Secundū autem determinationem personatum habuit institutionem in lege Moysi, ubi noui nisi de certis tribubus copulabantur. Sed secundū quod reprehē-

repräsentat coiunctionē Christi & ecclesie, sic habuit institutionē in lege noua: & secundū hoc dicitur sacramentū nouæ legis. Et ex hoc habet q. duas principales sunt cause institutionis matrimonij, scilicet educatio prolis ad cultū diuinū, & vitadæ fornicationis causa. Aliæ sunt multæ cause minus principales, scilicet, pulchritudo vxoris, diuitiae, reformatio panis. Et proprieas istas causas, si e. iā duas vxor, seruatis verbis de praesenti, tenet matrimonium.

Sciendum autē ex quo, vt dicitur. 7. Ethico ū, in actu carnali priuati homo magno bono, scilicet vsu rationis: quia, vt dicit Philosphus, talis actus furatur intellectum sapientis. Et, vt dicit Aug. 16. lib. de Trini. ipsa voluptas carnalis (qua maior in voluptatibus carnalibus nequit inueniri,) momentū ipso temporis quo ad eius peruenitur extrellum, penē omnīs acies & vis ratiōis obruiuntur. Nullus autē secundū rectā rationem debet se obligare ad aliquid, in quo tantum malum patitur: nisi sit aliquid bonum recompensans istud dānum. Vnde à sanctis patribus popuntur excusantia illū actū tam damnojū, scilicet bonum fidei, prolis, & sacramenti. Fides, hic sunta, est fidelitas, sive iustitia ad actū, ad quē obligat se: scilicet ut ille nō querat aliam: nec ecōuerit. Similiter bonū prolis obligat quo ad cul-

314 DE MATRIMONIO.
tū diuinum, scilicet ut religiosè, id est sanctè,
& deuotè educetur. Bonū autē sacramenti est
illa indissolubilitas inter rū & mulierem: &
signat indissolubilitātē cōiunctionis Christi &
ecclesiae; & hoc est bonū intrinsecū matrimonij:
qā perfectio prima est formalis: prima au-
tē duo bona, scilicet fides & proles, sunt bona
extrinseca matrimonij. Et his patet q̄ ex quo
(vt dictū est) sacramentum est bonū excusans
istū actū: videtur quod aēus ipse matrimo-
nialis non solum est bonus, sed etiā sanctus: quā
sanctitatem habet ex indissolubilitate cōiunctionis,
secundū quā significat coniunctionē Christi
& ecclesiae. Ita etiam dicit Tho. in distin-
tio. 3. in. q. 4. ex quibus omnibus infertur sec-
undūm Bonavent. ibidē secundo principaliter
q. 2. quod qui coit causa fornicationis vitandē
in uxore, ne scilicet vxor fornicetur: sic reddē-
do debitū nullo modo peccat, sed magis mere-
tur: quia exercet opus iustitiae; hoc est fidei, ad
quā tenetur: & ideo omnis culpa excusatur.
Si verò coit causa fornicationis vitadē in sei-
pso, scilicet ne ipse solī fornicetur: in hoc peccat
venialiter: & hoc si nō pulsatur à carne. Nā ex
quo nō potest procreare prolē, nec propter eā
procreandam coit, nec compellitur ab uxore
ad reddendū debitū, aliqua superfluitas est
ibi: & ideo peccat, sed venialiterimo dici potest
secun-

DE MATRIMONIO. 315
secundū Petru de Tharā. in quarto, distinctio
ne trigesima, quā stione quartā p̄cipiat, quē
stione secunda, articulo primo, q̄ querēs dele-
ctionem in coniuge, si sedē tamē intra fines
matrimonij, scilicet quādā cū altera muliere
id nō saceret: ventale est peccatum, licet etiā
fiat causa explēta libidinis. Sed si querat de
lectationē in ea, nō vt ē cōiuge, se ē vt in alia
muliere quacūq; tūc est peccatum mortale. hoc
est cōtra Hugonē. i. q. 1. cuomodo. vbi dicit
vbitū matrimonij nō posse impletū sine pecca-
to, salte veniali: quia potest etiā esse matrimon-
niū, cūm sit bono intuitu, sicut fuisse in statu
innocētiae, secundū Franciscū in rubrica de
spōsatisbus. Hoc idē innuit Io. An. in gl. super
c. alio a. de sentent. ex cōl. lib. 3. super verbo, fa-
tramentis. vbi dicit quod dāt gratia per istud
sacramentū, sed nō sicut per alia sacramenta.
Cōfertur autē in hoc sacramēto gratia adiu-
tiā ad illa opera, quæ in matrimonio requi-
runtur. Ratio secundūm Tho. in. 4. dist. 26. q. 4.
quia vbitūq; diuinitus dāt facultas aliquid fa-
ciendi, dātur etiā auxilia, sine quibus non po-
test cōuenienter vti illa facultate: sed in matri-
monio datur diuinitus facultas vtiendi uxore
& per consequens datur gratia, qua idē cōue-
niēter fieri possit. Hec sanctus Tho. Et p̄ hoc
reprobatur gloss. i. q. 1. quicquid. Etiam dicit

doctor subtilis quod effectus istius sacramenti sunt duas gratiae in animabus contrahentibus: & hoc nisi sit obex mortalis peccati. Et enī nō sufficit ad gratiam percipiēdā q̄ cōtrahēs nō sit factus respectu sacramenti: id est, quod nō s̄. Ac recipere intēdit, sed oportet quod pri pœnituerit: q̄ illud sacramētū nō dat pœnitētiā. Est ergo vñus & totalis effectus istius sacramēti, scilicet gratiosa coitio animorum. Hoc doctor subtilis. Pro isto dicto est. c. vnicum, de sacra vñctione. Ulterius est sciēdū de illis quæ requiruntur ad matrimonium ut sit verum.

Primo requiritur actas debita personarum contrahentium. Nam vir debet esse quatuordecim annorum, & foemina duodecim annorum. Unde sicut sponsalia infra septimum annum nō tenent: sic matrimonii etiam non tenet in fra. 14. annum. Quantumcunq; enim fuerit matrimonii de verbō de præsenti infra quartum annum, nihilominus nō est aliud nisi sponsalia; de futuro vsq; ad decimumquartum annum. Et ista possunt rumpi postquam spōsi vel alter illorum venerit ad debitam actatem.

Seconde requiritur consensus mutuus contrahentium personarū per verba de præsenti. Consensus aut ille, secundum Bona. in. 4. dist. 28. debet esse in mutuam corporis potestate. Verba autē de præsenti sunt ista ex patre vñi,

Accipio

Accipio ego te in meā vxorē. Verba autē mulieris sunt ista. Ego te accipio in meū virū. Et sunt ista verba necessaria: quia sacramētū est res sensibilis: & ideo in eo requiritur signū ex pressiū: quæ expressio cōuenientius fit p. verba de præsentib; unde & iste cōsensus pō bene per alia verba expediri vel exprimi inter homines visitata q̄e istis & equipollēt; dicēdo. Cōsentio in te, tanquā in vxorē. Similiter si præcessit interrogatio inter aliquos de cōtrahendō: si alter eorū dicat: Volo te de cætero habere in vxorē. & illa respōdet: Et ego te volo habere in virum. Vel, volo quod tu sis vxor mea: & illa, & ego habeo te p. viro. In omnibus talibus contrahetur matrimonii. Sed si dices, Volo te accipere in vxorē: vel, volo in te consentire, tanquā in vxorē: nō esset matrimonii. Similiter si dicat vir: Promitto quod te nō dimittam pro meliori vel p. peiori: etiā iudicādū est pro matrimonio. Itē si post datā fidē di cāt aliqui: Bibamus nomine matrimonij, & osculemur nos. Gulielmus dicit p. nō est matrimonii: nisi vellent p. hoc recedere à spōsilibus & cōtrahere de præsenti, q̄ illud dictū s̄gnificat futurū matrimonii. Sed si dices, Bibam⁹ pro matrimonio cōtracto: esset matrimonii. Franciscus tñ dicit quod illa verba, bibamus nomine matrimonij, sūnt confessio veri matrimonij:

trimonij.& ergo est matrimoniū. In omnibus autē istis vbi verba dubia sunt, recurrendū est ad intentionem contrahētū, & ad cōmūnē verborū vulgariū intelligentiam. Vnde credo quod per illa verba spōli interrogari, si licet in Polonia dicēdo. N. placet tibi habere K. n. vxorē illo respōdere, placet: si mulier interrogata, respondeat similiter: cōtrahitur verū matrimonij: arg.ca.ex literis.de sponsalibus. Nā per illa verba oēs in Polonia intelligent cōtrahi matrimonij. Eigo si sic vicini cōmūni ter intelligent, debent etiā cōtrahētibus illa verba facere eundē sensum. Nā, vt dicit doctores in capit. ex literis.de sponsalibus. in talibus recurrendū est ad intellectū vicinorum. Hoc approbat Francis. ibidē. Et dicit Holtius quanuis alter nō intellectus ad literam vel lingua: si tamē intellectus affectū vel sensum nutu vel signo: sufficit: Et non refert an nutu vel lingua intelligat. arg. de trans epis. inter corporalia. 4. 4. di. sit rector. Vnde si sponsus dat annulū dicendo in Theutonico p verba de p̄fenti, & spōsa Polona recipit annulū annuendo: dicit cōsentire, in d. ca. ex literis. Dicit etiā Francis. de Zabarellis in capitulo, ex parte de spōsalib⁹. quod si dicat vir: Promitto q̄ te ducam in vxorem, & de certo tenebo ut vxorem: si talis contrahit cum alia per verba de presen-

DE MATRIMONIO. 219
 praesenti: adhārebit secūdē propter verba illa, ducā te, quae sunt de futuro, quæ etiā verba restinguuntur per sequētia, cū dixit, tenebo te ut vxorē. Et dicit Inno. q̄ hec verba, ducam &c. non sonat tanū actū, sed tuū iusserit sit sensus. Promitto, quod tunc fā tua legitima vxor: & hoc est, si sunt verba mulieris. Illa autē verba, promitto quod tenebo te pro vxore, habēt sensum, ac si dicat vir. Habeo tecū matrimonij, vel, accepio te in meā vxorē, & promitto quod de facto tenebo te pro vxore. Si autē dicit, promitto quod nunquā habebo aliam nisi redicet istam non tenetur simpliciter accipere, si nullā vxorē in vita sua vult duceat: tamē si vellet ducere akā, nō pōt: quia de cōmūni vīlo loquē di sensus est. Recipiā te, & nō alia, si vxorē voluerit ducere. Itē si concubina dicat alicui, no lo quod me cognoscas nūl tanquā vxorem: & vir taceat, & cognoscat dicit Ioannes de Lignano. q̄ est pr̄sumptū matrimonij. Sed tñ Gaspar dicit quod nō: quia nō expresserūt: & etiā quia tacens habetur pro cōtradicente, in hoc casu: cū agatur de obligatiōe ipsius, sci-
 licet sub conditione, vel sub modo. Sub conditione fit ut contrahe tecū, si patrī meo plācuerit: vel si inuenero te habere centum marcas, & sic de similibus: & talis contractus sus-
 pendit matrimonium usque ad existentiam condi-

conditionis; id est, nō prius tale matrimonium tenebit, nisi impleatur illa conditio; Si tamē interim consensus de p̄senti, vel copula carnalis fuerit subsecuta: tenebit matrimonium: eō q̄ tales videntur recessisse à conditione vt de cōditionibus appositis, de illis, & c. super eo, &c. per tuas. Et hoc intelligendum est de cōditione honesta: quales sunt duæ illę sūp̄a posse. Nā si esset cōditio contra substantiā matrimonij: vt contraho tecū si nō prolificabis: vel donec mibi aliam inueniam: vel, si te exponas pro quæstu prostituēdā: omnes tales nihil agunt. Si tamē quis dicat: Contraho tecū, si te virginē inuenero: & postea sequitur coitus, nec inuenitur virgo: dicit Berniar. & Hos. q̄ iudicabitur p̄ matrimonio: & hoc in foro iudicij: tamen in foro animæ non sic judicabis: quia dignū est, vt mulier quæ mérita est se esse virginē maneat decepta: & vt vito subueniatur, qui fortè vult vitare bigamiā. Sed sub modo cōtrahitur sic: Do tibi tunicā, vel cingū lī, vel annulū, vt cōtrahas mecum: alioquin reuoco qđ donau. talis contractus statim tener. Sed si nō seruetur modus, poterit reuocari. Dī cūt tamē doctores q̄ licet possit cōtrahi matrimonium sub cōditione: nō tamen sub modo: est tenendū. Matrimonium tamē ex causa cōtractum tenet, siue causa sit vera, siue falsa: vt

con-

cōtraho tecum, quia pulchra es, siue diues: nisi causa esset ita falsa, q̄ contineret in se aliquod impedimentū: vt, cōtraho tecū, quia libera es. Nā si esset libera: nō teneret matrimonium, &c. Et sciendū etiā quodd si quis cōtrahit cum aliqua cū conditioe: deinde tamē ante aduentū conditionis cōtrahit cū alia purē: debet manere cū secunda, etiā si sit cōsanguinea primæ.

¶ De impedimentis matrimonij.

Nunc videndum est de impedimentis matrimonij. Sunt autem duodecim impedimenta quæ impediunt matrimonium cōtrahendū, & dirimunt iām contractū, secundūm Innocen. in ca. iuuenis. de sponsa. Primū est furor. 32. quæsti. 8. cap. neque furiosus, vbi dicitur, Neque furiosus neque furiosa contraheret possunt matrimonium, sed si contractum fuerit, scilicet ante furorem: non separantur, scilicet propter furorem. Et ratio: quia tales non possunt consentire. Si tamen habet lucida interualla: tunc bene possunt: vt dicit gl. ibidem. Secundū, si esset viroque articulo, id est, testi, culo cares, vel impotēs coire. 31. quæsto. 7. il. li. Tertiū, est affinitas: vt si quis sponsam de p̄fenti consanguinei sui recepit in vxore, & eam cognouit: impeditur cōtrahendū, & dirimitur contractum: ita q̄ primo restituitur, sed mulier nō potest induci ad abstinentiā propter publicē hono-

honestatis iustitiam: vt de eo, qui cognouit eis
sanguineam vxoris fuit. cap. discretionem.

Quartū, est error in persona: vt cū quis pa-
tans cōtrahere cū R. cōtrahit cū Ursula. Quin-
tū, est error in cōditione seruū: vt si quis con-
trahit cū aliqua, putās eā esse liberā cū tamen
nō est libera: vt de coniugio seruorū. ca. 2. Sed
quid dicendum est de Iacob, qui deceptus est
in personā, scilicet qui putās Rachaelam, cum
qua cōtraxerat, inuenit Liā, & tamē tenuit ma-
trimoniū? Respōsio secundū Gratian. 39. qua-
stio. 1. quod illud matrimonium nō tenuit ex
præceſtī cōſensu, ſed ſubſequente: quia poſt
copulan carnalē in eandē conſenſis de nouo.
Error tamē qualitatis nō excludit conſenſum
matrimoniū: vt si pueatur bonus, qui tamen est
malus: & ſi pueatur virgo, quae tamē inuenitus
corrupta. Similiter error ſotum: vt ſi pueatur
ſponsa diues, quae tamen est paupert. In omni-
bus iſtis caſib⁹ non dirimuntur matrimonium
contractum. Sextū, est votū ſolēne: vt ſacri or-
dinis vel pfeffionis: vñ ſi quis pfeffione facta
in religione vel ſacro-ordine vxori duxit: di-
mitut matrimoniu: vt qui clerici vel vouentes
cōſinuanſe: & de voto. c. vñco. lib. 5. alia autē
vota ſimplicia licet impediunt cōtrahēdū: non
tamē dirimunt iā cōtrahēdū. Vnde ſi quis voleat
ſimpliciter nō velle ducere vxorem, & poſter
duxe-

dixerit: tenet matrimonium. Sed ille peccat
mortaliter ſic contrahēs: & non debet petere
debitū ab uxore: ſed tamē tenet reddere quā-
do perit ab eo: vt notā docto. in. c. rufus. qui
clericī vel vouentes, de quibus vide ibi mate-
riā iſtā. Sed tñ ſi q̄s habens votū ſimplex que-
rat à facerdote an poſſet cōtrahere: dat conſi-
lium Host. q̄ potest dicere q̄ ſic. Si autē que-
rat viſterius an tale matrimoniu tenebit, debet
dicere q̄ nō: aliás peccaret: quia daret ocea-
ſionē mortaliter peccādi. Septimū, ſi machina-
tus eſt in mortē prioris cōiugis ſeu vxoris, vel
eā ducere promiſit. de eo, qui duxit in matri-
moniu quā pol. per adulteriū. ca. significasti.
Et dicit Io. And. in. c. laudabilē. de cōuer. in-
fideliū. q̄ quādo machinatio eſt ab vitroq; ſci-
licet à viro & à muliere in mortē mariti: tūc
ſufficit ad dirimendū matrimoniu ſine adul-
terio. Qū verò machinatio eſt ab altero tan-
tu: tūc nō ſufficit ſine adulterio: vt de diuor-
cijs. c. j. & iſtud imprimēdū eſt mihi: quia rārō
iſte pūctus bene intelligit. Octauū, ſi eſt alte-
rius cul⁹: vt Saracen⁹ vel Iudeus. 28. q. 1. eane.
Nonū, ſi per vim coactus eſt cōtrahere: vt de
ſpōfa. cū locū. Et intellege de vi vel metu, qui
cadit in cōſtantē virū: vt dieit glo. t. ibidē: que
etiam dicit quod minor metus excusat ſemi-
nat, quād virū aut quo & ſimiliter nota. De-
cimauia

cimum est sacer ordo : vt qui cleri.vel votuens
cap.1. & de voto: cap.vnico.lib.6. Vnde cimū si
est alteri nupta, de sponsa. duorū: ca.1. Duode-
cimū, est publica honestatis iustitia, de spon-
sal.ca.iuuenis.& ca.ad audientiam. Sunt alio
duo impedimenta, quæ impediunt, & non diri-
munt, scilicet tempus feriarū: vt de ferijs.ea.ca-
pellanus. Et interdictū ecclesiæ: vt de despōsa:
impu.c.ad dissoluendū. De omnib' istis datur
versus per Ioan . And.in Sum . quarti sub hac
forma.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si sis affinis, vel si coire nequibus:
Hæc sociāda vetat: cōnubia, iuncta retractāt.
Et de vñmis duobus dantur versus:
Ecclesia vetitum, nec non tempus feriarum.
Impedient fieri, permittunt facta teneri.

De cautelis huius sacramenti.

ET primò caueat vir ,ne volens à muliere
extorquere carnalem communionē fini-
gat se, eam ducere velle, non habens tamen in-
tentionē & propositū eam ducēdi . Nam talis
si eam non ducat, grauiter peccat: licet in for-
pœnitentiali non indicatur prō matrimonio.
Et licet mulier , quæ simplici animo sibi con-
fentit in peccato , excusatur:tamen deceptos
talis si vult veram pœnitentiam agere , nece-
se habet

se habet: eam sine fictione ducere, quartā in
eo est: vel dare sibi virū conuenientem, vel ali-
ter satisface: e. Et hoc secundū Th. Et hoc si, vir
est æqualis conditionis cū illa. Nam si vir, eē
meliорis conditionis, puta nobilis, & mulier ru-
stica vel ribalda: pōt, pbabiliter pr̄sumi q̄ nō
fuit accepta, sed se decipi finxit:& tunc in tali
casu si ille nō animo ducendi cohabitauit eū
ea:nō teneat cā ducere, nec ei satisfacere, vt di-
cunt doctores. Secundò caueat ne quis spon-
sam suā contractis spōsalib' antequā solēnita-
tes matrimonij fiant, id est, antequam in facie
ecclesiæ copulenf, audeat cognoscere:nā ta-
lis peccat secundū Guliemū. Et hoc intelli-
ge in illis partibus vbi primæ nuptiæ benedi-
cunt. Vnde cūm iste nō sunt virgines, nec al-
ter illorū, post illam occulta cōmissionē si ac-
cipiunt benedictionē, quam solē virgines vel
alter ipsorum accipere cōsuevit, peccant:cūm
secundē nuptiæ nō sint benedicēdāt. Si tū nō
esset consuetudo in aliquibus partibus primas
nuptias benedicere , sicut est in Polonia: cre-
do quād sponsus cognoscens sponsam animo
consummandi matrimonium, antequam in fa-
cie ecclesiæ copuletur, non peccet nisi venia-
liter. Hæc Tho.in.4.Senten.dīsinct.28.

Tertiò caueat vir, ne cum illa, cōtrahat per
verba de præsentī , cum qua alter cōtaxit per

verba de futuro, & copula carnali consummat
uit: quia nec verum, nec aliquid censemur in as
timationem; quod postmodum de facto est subu
secutum: ut de sponsa, is qui.

Quarto, caueat paretes, ne contrahant pro fui
liis aut pro filiabus sponsalia, vel matrimonium
cum adiectione penae. Nam talis adiectione penae
non valet de iure: ut dicitur in c. gemma, de
sponsalibus, eorumque matrimonia debent esse libe
ra. Et hoc est contra nostrates, qui stipulantur
penas, nisi impliant filii eorum voluntatem. Dic
it tamen Franciscus de Zabarellis, Ioan. And
Vincen. & Abbas in dicto, c. gemma, & Ar
echi, 30. q. 2. c. vni. quod bene possunt stipulari
vel dari pignora inter contrahentes: sed non pre
maz. Ratione: quia pena sollem promitti: arre
verò datur. Faciliiores autem sumus ad promittendū,
quam ad dandū. Item arrebus sunt in modica
quantitate: pena verò in magna: & ideo timo
te magnam quantum tatis posset quis cōpellere ad ma
trimoniū. Vnde in dicto quod si sint extranei ostendit
qui non habent contrahentes personas in suapote
state: isti possunt stipulari penas inter se: &
perdidit eas, vel acquirit, si sponsi non statim eas
remissionib⁹. Inter verò paretes, vel alios,
qui habent sponsos in potestate, non habet hoc lo
cum de pignoribus. Etiā tenebas quod si dat pign
locō arrebus: tunc tenet: si autem pro pena, tunc
non

non: item si datur per conventionem, non tenet:
si autem per traditionem, tenet. Hoc autem dicit secundus
dūm Jacobū de arrha, quod ratio pignoris tenet:
si tradidit, secundus si constituit tantum: quia qui con
stituit tantum: tunc cedit loco arrha: sed si tra
ditur, cedit loco penae. Quinto caueat contrahentes,
ne in cognatione carthali, spirituali, vel
legali contrahantur. Non prohibent contrahere con
sanguinei usq; ad quartum gradum inclusivè in
collateralibus: in ascendentibus autem & descen
dientibus perpetuo. In cognatione autem spiri
tuali prohibent huc, scilicet baptizatus & leuantis:
Baptizatus & filii leuantis. Item baptizatus, &
comunis leuantis prius cognita. Item leuantis,
& parentes leuantati. Et eodem modo dico de ba
ptizato & baptizante. Similiter inter confir
matum & tenetem: & inter confirmantem, &
confirmatum. In alijs autem sacramentis non
contrahitur talis cognatio: scilicet in penitenti
a: quia penitentia non est sacramentum: in col
latum per modum generationis, sed fanatio
nis: ideo per ipsum non contrahitur spiritualis
huc cognatio. alijs enim filius presbyteri non
possit inuenire exorem in tota parochia: secundus
dūm Thomam in 3. Sentent. distinctione, 22. q. 1.
articulo 2. Licet enim inter sacerdotem & con
tentem contrahatur secundus: non tamē deri
natur ad alios eorum cognatos. tamen cate
chismus

chismus licet impedit co^rtrahendum non potest
rini^t contractu^m: ut de cognatione spiritu. p. c.
techismu^m. libr. 6. Itē cognatio legalis impedit
vsq; ad emācipationē. Est autē cognatio legalis illa,
qū quis adoptat in filiu^m aliquē extrang
um corā iudice. Et dico corā iudice: quia alia
facta in priuato, nihil valer, secundū. Host. de
cogna. leg. c. vnicō. &c. Et quia ista cognatio
apud nos bodie nō viget: ideo de ista superfe
deo. Sextō caueat vir, ne dimittat vxorē suā
propter quācunq; cām, nisi pp̄ter fornicatio
nei: vt dicitur in glo. c. q̄resuit de diuortijs.
Et intelligētā de fornicatione carnali, quam
etiam spirituali: sicut est idolatria vel hære
sis. Similiter si mortē viro machinatur. In istis
tamen casibus non ducer aliam, quādū viuet
quam dimisit. 32. q. 4. omnes causationes. Ra
tu: quia licet quo ad coniugalem thorū sit di
uortium: non tamē quo ad vinculum, quod
est indissolubile & perpetuū. Ex quo patet, q̄
mulier à viro non separatur pro furto, vel pro
alio criminē, vel pro alio impedimento: vidi
citur in capit. q̄resuit, de diuortijs. nec etiam
pro aliquo defectu corporali, scilicet pro sur
ditate, cæcitate, pfectore oris, &c. Et intelligē
tētiam p̄ quācunq; esset nocturnū crimen
fornicationis in vxore: nō potest vir sine iudi
cio ecclesiæ propria autoritate eam dimisit
re: licet et

re, licet bene potest debitum sibi in priuato
denegare. Archidiaco. in capit. porrō. & capi.
significasti de adulterijs. In hoc tamen casu
quaſdo aker fornicatur sp̄i: ita līter, scilicet
si labatur in hæresi: non potest is, qui rema
net in fide, aliam ducere, illa viuente hæreti
ca. Secus si aliquis infidelis vel paganus cōuer
titur, cuius vxor non vult cōuerteri, vel nō vult
ei cohabitare sine contumelias creatoris: quia
talis potest contrahere, etiam viuente tali vxo
re: vt de diuor. capit. 5.

Septimō caueat vir ne vxorem in adulterio
deprehensam interficiat: quia licet secundū
leges ciuiles non puniat: ut talis occisor aliqua
pœna: tamen secundū ius diuinum punitur.
33. quæſtio. 2. inter hæc. vbi exp̄resē prohibe
tur tale vxoticiū. Debet enim eam potius
corriger, & sibi reconciliare: cūm Deus pa
ratus sit accipere ipsius poenitentiam, exem
pli mulieris adulteriæ: Ioannis 8. vt dicit Bo
nauentura in quarto, dist. vicesimateria. q. 1.
& Thomas quæſtio. 1. Qui etiam addit quodd
ocēidēs vxorem pp̄ter adulteriū vel odiū ex
statuto ecclesiæ cōtrahere cū alia nō debet: &
maximē si occidat eā, vt cōtrahat cū alia. Sec
-est si non eo animo: quia nūc licet nō debeat
cōtrahere: si tamē contrahit, tenet.
¶ Qdquod, ne aliquis habēs aliquem sacrum

ordinē contrahat matrimonium: quia tale matrimonium non tenet: vt de yoco. c. vniq. q. 6. Similiter ecōuerio caueat ne cōstitutus p̄verba de p̄senti cū aliqua, sacerdū ordinē accepit: quia talis debet restituī yxori: & si pōt ē si scādalo vxoris, debet deferre habitū & coro-nam clericalē. Nec pōt cōtrahere post mortem illius vxoris: & si cōtraxerit, nō tenet matrimonium, secundūm Iugo. Nee etiā post mortem vxoris poterit in suscepito ordine nuptiarum: vt in extrauagāti Ioannis papae vicesimū secūpdi, quæ incipit, antiquæ. Talis enim restituī yxo si tenebit reddere illi debitū, sed nō poterit gerere. Nonò caueat p̄cōiuges, ne post benedi-citionem acceptā prima nocte commisceatur: vt. 23. dist. spōsus. Alibi etiam dicitur quod bīduo vel triduo debent continere: vt. 30. q. 5. sali-ter. Sed hoc est consilium, non præceptum: & ideo ne quis obliget sub præcepto sponsos ad talia, hoc pono pro avisamēto: quia multi fa-ciunt indiscretē conscientiam de talibus ipsi coniugib⁹ per modū præceptū: quod fieri nō debet, sed per modūm consilij tantum: &c. o. Decimō, caueat vir vel sc̄mina ne sine pa-sentum-consilio, vel, consensu nubat: quia q̄ dicit Ambr. in lib. de patriarchis: Non est vi-ginalis pudoris diligere mariū. Vnde & Eu-
stilius papa dicit: quia alixerit nō est legitimū
coniū.

coniugii, nisi à parētibus tradantur. Et Europi diō in persona cuiusdā sc̄minæ legif dixisse: Sponsaliū meorū pater meus curā subiit: ma-tritum eligere nō est meū. Hac omnia haben-tur. 32. q. 2. non omnis. paragrapho, cū ergo dicuntur. & paragrapho, honorātur. Si tñ se cer-rit, tenet matrimonium: quia hoc solūm est de honestate, & nō de necessitate: maximē si ha-bet annos legitimes, scilicet vir quatuorde-cim, & sc̄mina duodecim. Dicunt tamen le-ges q̄ sc̄mina post vigintiquinq; annos inui-tis parentibus nubit: & verum est.

Vndecimō, caueat sacerdos ne clandestinē aliquos copulet: hoc est, ne prætermissis ban-nis in ecclesia aliquos introdueat, sine eopu-let. Nā talis sacerdos suspenditur per trienniū: vt nō de clandestina despōsa. c. cū inhibitio.

Duodecimō, caueat sacerdos ne benedicat secundas nuptias: quia irregularitatem incur-reter. Potest tamē per episcopum super eo dis-pensari: vt in extrauagan. Ioan. xxij. quæ inci-pit, concertationi.

Tredecimō, caueat ne vir semper exigat vel reddat debitum vxori: quia hoc præceptū de redditione debiu cum affirmatione non obligat nisi pro loeo & tempore, secundūm Io-anne: Parisien. quia obligat semper, sed non ad semper, nec pro semper, sed quando potest

esse debite circūstantionat⁹, secūdū doctore
subtile in. 4. dist. 24. quia fortiori vinculo obli-
gat ad nō reddēdū: vt in hoc casu: quia tenet
vō occidere fœtū in vtero prægnātis, vel nō
esse causa abortiui. Similiter si redditio vergit
in detrimētū sanitatis, nō tenet reddere: quia
tenetur poti⁹ propriam incolumentē seruare,
quām istud detrimentum vitare in coniugē.
Similiter non tenetur satisfacere voluntati
mulieris tpe menstruū: ne ples nasca⁹ leprosa,
quæ aliās potest procreari sana, etiā quia talis
coitus inducit perpetuam sterilitatē in mulie-
re. secundū Aug. propter communionem se-
minis cum sanguine. Vnde si contingeret in
sci fœtam, sit leprōsus, scabiosus, cæcutiēs, vel
interdum caducus, vel obſessioni dæmonum,
tanquam vas immūdē-compositum, aptus. Et
ideō in lege Mosaica accedens ad menstrua-
tam, morte motiebatur: quæ mors non inflige-
batur nisi pto mortali. Et si dicitur, tamende-
proso viro tenetur mulier reddere debitum,
licet non teneat secum cohabitare, vbi tamen
certissimum est quod proles nasceretur lepro-
sa: ergo simile est in menstruata. Respondeo
secundū doctorem subtilem vbi suprā, quia
in menstruo potest expectari tempus congru-
um vt nascatur proles sana: in lepra vđōb.
Vnde melius est q̄ nascatur leprosa vel ali-
qualis,

qualis, quam omnino nulla: quia melius est sic
esse, quam nō esse. Verūnam dicit Tho. vbi
suprā. q. 2. artic. 2. Si est fluxus innaturalis &
diuturnus: pōt vir ad talē accedere: quia aliās
oportet virū perpetualiter abstinere. Dicit
etiā q̄ mulier menstruata pōt reddere debitū
viro petenti: debet tñ eum auertere precibus
vt sufficerat: non tñ ita efficaciter debet auertere
q̄ possit sibi esse occasio incidendi in aliquas
pessimas corruptiones, sicut ad id pronus cre-
ditur. Si autē credit q̄ petit ignoranter: debet
mulier aliquā occasionem pretendere, vel in-
firmitateni allegare, ne debitum reddat, ne pe-
ticulum viro timeatur. Dicit autem Thomas,
q̄ accedens ad prægnatam, non semper pe-
ccat, nisi timeatur abortus. Dicit etiam ipse q̄ si
tunc vir præter consuetudinem & modum à
natura institutū quantum ad situm, exigit de-
bitum à cōiuge, puta à parte posteriori, vel ad
latus: non semper est peccatum mortale, sed
quandoq; potest esse sine peccato: diuittere
autem proprium vas, semper est peccatum mor-
tale & sodomiticum: quia hoc est contra na-
turam cōiugij. hæc sanctus Thomas.

¶ De expositione missæ.

Hoc facite in meā commumorationem.
Luce. 12. & de consecra: dist. 2. iteratur.
Quia secundū beatum Tho. in. 3. par. Sum-
matæ suæ

mit. lxx. q. 33. art. 4. mysteriū nostrā ſalutis to-
Decimusoctauus, quicunq; à personis ecclesiasticis vel ecclēsijs per se, vel per alium, suo nomine, vel alieno, pro personis, vel rebus, quas non: causa negotiationis deferunt, vel de ferri faciunt, seu transmittunt, exigunt aliquod pedagium. de censibus. quāquam. lib. 6. Decimononus, de his, qui impediunt iudicium delegati, vel cuiuscunq; iudicis ecclesiastici. de immuni. eccl. quoniam. libro. 6. Vicefimus, de his, qui iubent subditis suis ne personis ecclesiasticis vendant aliquod bladum, vel similia. de imminuit. ecclēsia, ca. fi. lib. 6.

Visimusprimus, de religiosis, qui habitum suū

suit religionis dimititur, vel qui accedit ad studium sine licetia sui prælati, vel cœnatus. vel qui coram talibus legit scienter, qui dimiserunt habitum ne clericis vel monachi, &c. ut periculosa. lib. 6. Et sicut recitat Ioannes And. in nouella. sup regulam. lib. 6. referens Guliel. de lata Petri disputasse de monacho, quod bene defert habitum monachalem, sed operum habitu clericali. quod sit apostata. Quod hodie videtur approbatum de vita & honestate clericorum. c. quoniā. in principio item. in verb. à religiosis. quae omnia vera sunt secundum in Ioanne Andreā, quod monachus sustinet causam transformationis non allegat.

Vicesimussecondus, qui hæreticos seu factores, credentes, receptatores, vel defensores eorum scienter tradiderint ecclesiasticę sepulturę. de hæreticis. capi. quicunque. lib. 6. Nec tales debent absoluī, nisi prius talem sepulturam proprijs manibus extumulent. Idem de illis laicis, qui publicè vel privatim de fide catholica disputatione dicitur ibidem. Dicit tamen Ioan. And. quod in istis casibus est canon ferendus, & non latere sententię. & hoc est tenendum. Vicesimustertius, quicunque rector seculans vel quicunque officialis eius cognoscet de criminie hæretis, aut captiuos liberaret, vel clericorum inquisitorum officium impeditet. de hæreticis. lib. 6. c. ut inquisitionis. Vicesimus-

quartus, qui per assassinios vel assassinios aliquę Christianum interficerit. Dicuntur autem assassinii vel assassinii quidam infideles, qui ex quibusdam falsis opinionibus, in quibus fuerunt enutriti, facile immitabantur ad occidendum quenquam Christianum, non curantes nisi ob hoc ipsi occidendi essent. de hominib. pro humani. lib. 6. Vicesimusquintus, de clericis, qui manifestis vlaſtariis ad scēnū exercendum domos locant, vel alijs titulis concedunt. de usur. usurarii. libro. 6. Vicesimussextus, de his, qui cōcedunt repræſalię contra personas ecclesiasticas specialiter siue generaliter: ut de iniuriis & dam. da. & si pignorationes. lib. 6. Dicuntur autem repræſalię quando unus oriundus de una terra spoliatur ab alio de alia terra oriundo: ita videlicet quod si debitum non soluitur ei: tunc erat potestas ipsi spoliato quod satisfaciat sibi contra quemlibet de terra illa unde est debitor vel spoliator. Vicesimusseptimus, si dominus vel rector temporalis non fecerit ea obseruari, quae statuantur contra infiducios cardinalium, seu alii cuius de familia eo: ū, vel papae. de p̄sonis. c. sc̄licis. li. 6. Vicesimusoctau⁹, quicunque dat licentiā occidendi vel accipiedi, vel alias in personis, vel in bonis suis, vel suorum, grauādi eos, quod contra reges, barones, nobiles, vel quoscunq; tulerunt excommunicationis, suspensionis, vel inter

interdicti sententias, siue istos, quorū occasio-
ne sunt, platæ, vel eos, qui eos obseruant, aut
eos qui taliter excōicatis cōmunicare volūt,
nisi licentiā ipsam reintegraliter reuocēt, & si
qua sunt oblata restituāt, siue p illis satisfaciāt
& similiter qui dicta licētia vñ fuerint, vel euā
sine licētia suo motu hoc fecerint, excōuni-
cationē incurrūt. In qua si pmanserint p duos
inēses, nō nisi p papā absoluūt, de sententia
excōunicationis. quicūq. lib. 6. Vicesimus.
nonus, qñ quis ab excōunicatione fuit abso-
lutus in mortis articulo vel alio impedimento
nō præsentet se: quantocvus poterit illi à quo
absolui debuerat, reincidit ipso facto in ean-
dē sententiā. de sent. excō. eos. libr. 6. Tricesimus,
quādo aliqui absoluuntur à sede aposto-
lica vel à legat.s, & iniūgitur eis quōd se re-
presentent ordinarijs vel alijs suscepturn p
œnitentiā & pacis iniuriā: seu vt eis, quib⁹ obli-
gati sunt, satisfaciāt: si hoc nō faciāt cū primū
poterūt, reincidunt in eandē sententiā: vt in
dicto ca. eos qui. libr. 6. Tricesimus primus, de
illis, qui in cōmeterijs sepeliūt corpora tem-
pore interdicti, vel usurarios manifestos scie-
ter sepeliūt: à qua excommunicatione nō de-
bēt absolui, nisi prius ad arbitriū diocesanī
satis fecerint, quib⁹ præmissa iniuria fuit iro-

gata de sepultu. eos. in cle. Tricesimus secundus,
de religiosis, qui decimas ecclesiæ debitas, fibi
appropiant vel usurpāt, siue qui nō permittūt
solui ecclesijs decimas, quib⁹ teneat iuxta te-
norem clementiæ de deci. religiosi. Tricesi-
mustertius, de monachis siue canoniciis regu-
laribus, qui nō habent administrationē, & cō-
ferunt se ad curias principū sine licentia præ-
latorum, vt damnum inferat aliquod prælati
suis aut monasterio: vt de statu mona. ne in a-
gro. in Clemēti. Tricesimus quartus, de mona-
chis, qui arma ira septa monasterij tenēt, &c.
vt in dicto. c. ne in agro. Tricesimus quintus,
de his, qui impediunt visitatores monialū vel
canonicorū, nisi moniti destiterint: vt de statu
monach. accedentes. in Clemen. Tricesimus
sextus, de quibusdā nūlīeribus, quæ dicuntur
beguinæ: similiter & religiosi, qui eas in tali
statu fouēt. de religiōtis domib⁹. cūn de qui-
busdam. in Cle. Tricesimus septim⁹, de illis, qui
scienter contrahunt matrimonium in gradu cō
sanguinitatis vel affinitatis prohibitis, vel cū
monialibus: vel cōtrahentes, qui sunt religio-
si vel montiales, siue etiam clerici in sacris: vt
de consanguinitate & affini. eos. in Clemen.
Tricesimus octauus, de inquisitoribus hæreti-
corum, qui prætextu inquisitionis officij qui-
busvis modis illicitis pecuniam extorquent:

vel etiam bona ecclesiarum ob delicta clerorum applicant fisco. de hæreticis. volentes in Clemen. Tricesimus nonus, potestas, capite nej, rectores, consules, & iudices, consiliani, & alij officiales, qui statuta scribūt, faciūt & dicēt, per quā quis cōpellit: ut soluere vñras, vel solutas non repetere, & qui secundūm ea iudicant, & qui habent super hoc potestatem: nisi statuta ipsā delauerint, sunt excommuni cati: vt de vñris. ex graui. in Clemen. Quadragesimus, de religiosis mendicantibus, qui domos ad habitandū de nouo recipiūt, vel reeptas mutant seu alienāt: de excess. p̄tæla. capite vñico. lib. 4. & de penit. c. cupiētes. in Clem. Quadragesimus primus, de religiosis, q̄ scilicet dicunt aliqua verba, quibus terrahunt audierēt solutione decimātū: vt in dicto. c. cupientes. Quadragesimus secundus, qui cōfidentib⁹ sibi nō faciunt conscientiā de decimis soluendis: qui suspēsi sunt à prædicationis officio, donec si cōmōdē possunt, faciant eis conscientiā: si interim prædicent, excommunicati sunt: vñbatur ibidē. Quadragesimus tertius, de religiosis quibuscumq; qui nō seruat interdictū, quod seruat mater ecclesia. de senten. excom. c. in Clementi. Quadragesimus quartus, de fratibus Minoribus, qui tempore interdicti recipiunt ad officia diuina fratres vel sorores de

tertio

EX COMMUNICATIONIS. 355
 tertio ordine, qui Continētes dicunt. de sent. excō. cūm ex eo. Quadragesimus quintus, opponens seu impugnās literas papæ nouiter electi, etiam ante coronationē suam, excommunicatus est per extrauagantē Benedicti. ii. que incipit, quia nōnulli. Quadragesimus sextus, verberās clericūdiabolo instigate, puta ex ira vt animo vindicandi vel vice in di te in eo: ipso factio est excommunicatus. 17. q. 4. si quis suadente diabolo. & de senten. excō. cūm illorū. Et netanter dicit, instigate diabolo. & ex ira, securi si in consē aliquis clericū in ludo honesto offenderet, non animo iracundo, nec ex malo proposito: quia non incidit in excommunicationem, de senten. excom. cūm voluntate. Dicitur etiam animo vilescendi se in eo: quia securi si de mandato superioris qui capiat clericum incorrigibilem, vt ad iudicium eum peccatalat. Talis enim nullam sententiā incurrit: vt de senten. excom. vt fama. Nam tales possunt etiā ab ecclesia extrahi etiam violenter: vt dicit glo. ab ide. Super hæc dicta possunt recutari magistri, prælati consanguinei: & alij in iure explesi, quibus peccitus conœctio clericorū: qui etiam si animo iracundo clericū verberat. & de correctione actu nō cogitat, excusant, sedm Host. Nō enim possunt dici ex ira corrigerre clericos, cūm dolus non assit, & per cōsequens nec

z z violentia

violentia: sufficit enim q̄ correctionē habeat in habitu. **Quadragesimus septimus**, de istis laicis qui collectas, tallias, & onera imponūt ecclasiasticis psonis: ab ipsis suorū prouentuum vel honorū dimidiam, decimā seu vicesimam extorquētes. de immo. eccl. clerici. lib. 6. **Quadragesimus octauus**, de prælatis, & de illis personis, qui huiusmodi laicis eleemosynas vel collectas quascunq; persoluūt vt habeat ibidē. Hodie verō solum locū habet in exigentibus laicis, qui soli incident in excommunicationem non tñ habet locū in soluentibus vel recipientibus à sponte soluentibus: vt de immunitate eccl. quoniā. in clemen. **Quadragesimus nonus**, percutiens aliquē, qui nouiter est religiōnem ingressus, licet nōdū sit professus incidit in excoīcationē. de senten. excōmu. religiosa. lib. 6. **Quinquagesim⁹**, de illo, qui licet nō mādauit percutere clericū: aliquis tñ nomine suo puta familiaris eius vel consanguineus percosit clericū, & ille tamū habuit postea, excommunicationem incurrit ipso facto. de senten. excommuni, cùm quis. libr. 6. Alios casus quare suprà in capit. de sacramento pœnitentiae. Et quia dictum est in. 46. casu quād non omnis percutiens clericum incidit in canonem lat sententiæ: ideo videndum est breuiter quād quatuordecim sunt casus, in quib⁹ percuties clericum

EX COMMUNICATIONIS. 357
clericum nō incidit in excommunicationem. Primò qñ quis ignorabat an cleric⁹ esset: puta quia comā nutritiebat. de senten. excō. si verd. Secundū, si non defert habitū vel tonsurā, nec aliquid de clericatu ostēdit: si tertio admonit⁹ non se corrigat. de sent. excom. cap. cōtingit. &c. in audiētia. Tertiō in clero, q̄ contēpto habitu fert arma, & tertio monit⁹ nō corrigit vt in prædicto. c. in audiētia. Et etiā si non monitus sit, & se immisceat tyrannidi. de sent. excō. cū nō ab homine. **Quartō** in clero exercente negotia secularia: vt in. c. sacerdotib⁹. ne clerici vel monachi. & prius requiritur monitio: vt in. c. in audiētia. de vita & honestate cleri. cap. fin. **Quintō** in clero coniugato, si non fert habitum clericalem. de cleri. cōiuga. lib. 6. **Sextō** in clericis macellarijs goliardis, qui per annum exercuerint artem suā, vel si minori tempore admoniti non destiterint, de vi. & honesta. cleri. lib. 6. cap. fin. **Septimus** in illis, qui non ex ira, sed iocose se percutiūt: vt de senten. excom. c. 1. debet tamen attendi qualitas ioci, & ratio fallendi. de præsumpt. cap. 1. **Octauus** in magistro, qui tamen hoc facit leuiter & causa disciplinæ. de senten. excommunicat. cum voluntate. c. fi. **Nonus** est in eo, qui vim vi incōtinenti repellit temperatē. de senten. excommu. si verō. **Decimus**, quando quis

cum vxore inuenit clericū turpiter agere, vel cū matre vel sorore vel filia vt d. capi. si vero. & ca. nec illę. Undecimus, si fiat à p̄eclato, aut mandato ipsius causa correctionis: vt iu. d.e. cū voluntate. & ca. ex tenore. Et si nō fiat causa correctionis, tā verberans quām p̄cipiti incurrit excommunicationē. de sentē. excom. vniuersitā. is. Quod si causa subest, potest clericum capere & incarcere etiam per laicū. de senten. excom. si laicus. lib. 6. Sed percussio nō debet fieri per laicum: alioquin ambo incurrit excommunicationem: vt in dicto. c. vniuersitatis. nisi clericus esset adeō (id est intātum) incorrigibilis, q̄ aliter capi & corrigi non potest, de senten. excō. vt famē. Duodecimus, in turbante diuina officia, quē presbyter vel alius, ad quem spectat potest ejcere de ecclesia. de senten. excom. veniens. Similiter cū quis ratione officij, quod in ecclesia obtinet, pereutit clericū: aut etiā cū senior cā de uotionis hoc facit: aut dñs & pater sive p̄pinquas familia: iter corrigit. Hęc omnia intellige cū sunt iu minoribus ordinibus constituti ut in dicto. c. cū voluntate. Tredecimus, si clericus sit depositus, sive degradat: vt de iudicijs. cū nō ab homine. & de peccatis. degradatio. in fine. lib. 6. Et hoc intellige si talis clericus deposit⁹ est incorrigibilis, & nolit viuere

sub

ſeb regula clericali: vt notatur in cap. contingit. 1. de sentē. excom. & Nouellator iuper regula. delictum. lib. 6. & Ioannes Andr. 17. q. 4. si quis deinceps. & 23. q. 5. excommunicatorū. Aliás autem si est corrigit, non licet eum percutere, licet efflet excommunicatus: vt in iubibus p̄adictis. Et ratio: quia adhuc licet excommunicatus: si dummodo sit corrigit, & nondum degradatus: retinet priuilegium canonis, si quis iudicente, quod est concessum in fauorem ordinis. & non personarum: vt in dicto capit. contingit. Verum tamen Innocen. 5. credit quod verberans hæreticum clericum non incidit in canonem. Et hoc ipse notauit. de senten. excommunij. si verò. Quod tamen i telligēdū est de hæretico deposito per sententiam. quod etiam sentiunt Gofredus, Vincentius & Bern. Dicit tamen Archidiaco. 17. quæfatio. 3. si quis deinceps. q̄:d laicus iudex potest expellere, percutere, capere & occidere clericum, si omnino est incorrigibilis, & aliter corrigi non potest, recepta tamen licentia ab ecclesia: aliás non licet. 17. q. 1. si quis. 23. q. 5. ubi de liguribus. capit. circuncelliones. Quartusdecimus, quando clericus transiit se ad alium prorsus ordini contrarium, vt pura erat in minoribus, & factus est miles vel bigamus. 84. distinet. capit. quisquis, &c.

33. De effectu excommunicationis.

DE secundo, scilicet de effectu excōicationis, sciendū est q̄ excommunicatus majori excommunicatione, nō potest eligere, neq; eligi, neq; beneficium ecclesiasticum acquirere, nec de beneficijs suis aliquid p̄cipere: vt de apostolice pastoralis. in fī. Et hoc qn̄ est in mora p̄tēde a solutionis: de cōcessione præbēdarum, quia diuersitatē. Itē nemo debet sibi participare loquēdo, orādo, salutādo, bibēdo, comedēdo. II. q. 3. sicut Apostoli. Itē nō potest consti-
tui procurator, neq; procuratoreni cōstituere ad agēdū, nec ferre aliquā sententiā. Itē si impe-
rat aliud rescriptū p̄terquā sup articulo ex-
communicationis, nō valet. de rescrip. ipso iure.
lib. 6. Itē si confert aliquod sacramentū cum
solemnitate, aut se ingerat diuinis, irregularis
est: vt de cle. excom. ministrāte. c. apostolicae.
Nec potest cū eo disp̄fari, nisi per papam: de
senten. & re iudi. cūm æterni. lib. 6. Itē excom-
municatus est suspensus tā ex officio, quām ei
beneficio: vt in glo. vlti. c. cūm bonae. de æta.
& qualit. I. q. 3. rursus. vbi dicit Archid. q̄ etiā
solus lapsis anni absq; sententia canonis à be-
neficij sufficit. vt vlti nō audiat super be-
neficij. Et ita videſ loqui istud. c. rursus. secū-
dām Inn. q̄ hoc notat in. I. c. cū bonae. Omni-
b̄ cīm beneficijs tā habitis ante excommunicationem

cationē, quām postea acquisitis debet spolia-
ri p̄ sententiā. Si per annū in excommunicatio-
ne vel interdicto permāserint, & post talē sen-
tentia latā post annū sup amissiōe beneficio-
rum agere velit, nō audiat vlti sup eis, vt dī-
cit cap. rursus. Quæ autē dicunt in excommuni-
catione, eadē intellige in suspētione: ar. p̄r̄-
dicti cap. cū bonae. vbi sic notauit Inn. Et etiā
intellige de illo, qui excōicatur pro cōtumacia,
& qui citatus sup criminē nō cōparuit. Ta-
lis enim habetur pro cōuicto vel pro cōfesso.
Et priuaf beneficijs post annū, & vt hæreticus
condemnatur, vt de hæreticis. cū cōtumacia.
libr. 6. Itē effectus excommunicationis est q̄ li-
cet sit iniusta ex ordine vel causa: tamā ligat.
II. q. 3. c. 1. de officio legati. cūm contingat. de
sentē. excom. cūm per tuas. &. c. secrētē. vbi dē
hoc. Sed dices: nōne iudiciū ecclesiæ debet
se conformare iudicio Dei. II. q. 3. tunc vera.
2. q. 1. Deus omnipotēs. de senten. excom. à no-
bis. sed Deus nullū ligat iniustē. de p̄cēnit. di-
stincti. 4. si ex bonae. ergo ecclesia nullum debet
ligare iniustē. Itē deficiēte causā, propter quā
aliquid debet fieri iustē, deficit & effectus. 6.
dist. his omnibus. de bigamis. debitū. de app.
cū cessante. Sed cā excommunicationis debet
esse peccatum mortale. II. q. 2. nōmo episcopo-
rū. hoc autem cessat in excoicatione iniusta
ergo

ergo non debet ligare. Dicendū est ad hocq; licet nullus debet excōicari iniuste tñ si exē municitur: tenet excōicatio apud ecclesiā militante, licet nō apud Deū. Et hoc sit vt ecclesiastica cēsura eō plus timeat: & vt homo cre- scat per obediētiae meritū, iniustæ sentiētiae pa- rens. Vnde dicit gl. 11. q.3. nihil q̄ licet iniusta sententia timenda sit & tenenda quantum ad militatīs ecclesiæ institutam, (nec mirum q̄ apud Deum non tenet, qui non fallitur: sed apud ecclesiam tenet, quæ fallitur & fallit. de senten. excom. à nobis.) non est tamen inten- tio ecclesiæ aliquem iniuste excommunicare: imò punit acriter iniuste excommunicantes vt patet. 11. q.3. istud. & de senten. excom. cap. cū medicinalis. lib. 5. Quādo ergo dicit q̄ ex- communicatio est aeternæ mortis damnatio: intellige si contemnit: aliás nō. Et ita solui cō- rēptus inducit damnationē. 24. q.3. notādum. & habetur in glo. nemo episcopo. 10. q.3.

COnsequenter de tertio, scilicet de parti- cipatione cum excommunicatis, est sc̄i- dum q̄ quedā participatio est illicita, scilicet, cūm quis participat excommunicato in crimi- ne, propter quod excommunicatus est, scili- cet dando ei consiliū, auxilium, vel fauorem: & ita talis incurrit eandem sententiā. de sen- ten. ex-

ten. excom. si concubinæ. & c. nuper.

Secūdo, q̄i participat in criminē mortalī: sed non in illo, prop̄ iāquod excommunicatus est: & talis mortaliter peccat, sed non incurrit eandem sententiam excommunicationis.

Tertiō quādō p̄ticipat ei in diuinis, scilicet recipiendo eum ad diuinā officia vel ad sacramenta, vel ad sepulturā. Et licet talis non sit irregularis prima vice: tamē propinqu⁹ est irregularitatī. Etsi celebrauerit in tali peccato, erit irregularis de sent. excō. is qui. lib. 6.

Quartō, q̄i quis participat nō in criminē, sed in loquēdo, orādo, vel bibēdo siccū. Et de- tali participāte dicit Th. p̄babilit̄ posse di- ei q̄ nō peccat mortaliter: n̄ si ex cōtēptu vel contra p̄hibitionē superioris. Vñ regulariter est, q̄i participās, p̄tinaciter excōicatus peccat mortaliter & nō p̄t excommunicari majori ex- cōmunicatione. Nō sic autē est de participā- te quadā leuitate, in verbo, vel in cibo, aut po- tu, & c. cū valde graue esset q̄i quis p̄ vno leui verbo incideret in excommunicatiōne vel mor- tale peccatū, p̄ hoc p̄t solui illud debitū, qđ communiiter inter dentes multorum voluitur virum scilicet participās excommunicato, vt iam dictum est, peccat mortaliter, & an senten- tiām incurrit: Hostiensis vi: letut tenere quōd tunc peccat mortaliter, quando hoc facit per- tinaciter

tinaciter in contemptū, & contra prohibitio-
nem superioris sp̄cialiter vel generaliter fa-
ctam. Nā in hoc casū est excōmunicādus par-
ticipans alijs secundūm ipsum: vt de cle, excō-
mini si celebret. in fi. & de sen: en. excō. statui-
mus. in fi. & eo. tit. cōstitutionē. lib. 6. Ex qui-
bus inferf hoc salubre documentū & salutare
cōsiliū, q̄ ex quo ante admonitionē factā par-
ticipās excōmunicāti non pōt, vt dicit Archi.
vbi suprā : restat q̄ venialiter peccat. Ex quo
autē post admonitionē factā & sp̄tā excōi-
cari pōt: planum est q̄ tunc peccat mortaliter.
Nam excōicationis sententia nō est ferenda,
nisi p̄ mortali peccato. Sic ergo secūdūm Ar-
chi. pertinacia est cā, pro qua sola ferit hæc sen-
tentia. Sic intelligit Host. c. sacrīs. de his quæ vi-
metūsve cau. fi. Et ex his patet q̄ si quis excōi-
catus est pro contumacia, vel alio crimine, vel
vt satisfaciat, & in processu nō est prohibitio
generalis vel sp̄cialis participantibus facta:
participans cū tali locutione, comedione, &c.
non peccat mortaliter, sed venialiter: Ratio:
quia non facit cōtra prohibitionē superioris,
cūm adhuc non sit prohibitum. Ideo dicendū
est, secundūm Archidia. vbi suprā, si quis com-
municat excommunicato contra prohibitio-
nem canōnum, peccat venialiter: nisi fortē ni-
mis frequenter, vel in cōtemptum canonum:

quia

quia tñnc esset mortale. Sic potest intelligi. 11.
q. 3. excellentissimus. &. 27. dist. c. aliās. Sed cō-
tra prohibitionē hominis mortaliter peccat.
Vnde cōsueuit dīci q̄ mitius agit cū lege, quā
cū ministro legis. ff. de arbitri. l. Celsus. Ita no-
tauit Host. in. c. quod in dubijs. de sentē. excō,
Et hoc teneas. Nec aduertas illum monachū
Raymundū cum lata cappa, & stricta consciē-
tia, qui in Summa sua dicit q̄ si aliquis cōmu-
nicat excommunicato in casū nō concessō sciē-
ter, si nouit ius vel si est clericus, semper peccat
mortaliter. Quem fecutus est Innoc. quartus,
vt ipse notauit de dolo & cōtu. veritatis. in gl.
vlti. iuxta fi. & in c. sacrīs. quod metus cau. ap-
plicādo textualia prout potuit pro sua opinio-
ne facientia. Contra quos est hodie tota scho-
la Iuristarum & Theologorum: qui sequentes
beatum Tho. in. 4. Senten. dicunt pro conclu-
sione, q̄ quanvis quis scienter excommunicata
communicet: nō peccat mortaliter, nisi in
tribus casib⁹: scilicet quando cōmunicat in
crimine, vel in contemptum superioris, aut in
contemptum clauis, vel si communicat in
diuinis. quod tene secundūm Archid. Vbicun-
que ergo inuenias in iure quōd communica-
re excommunicato est peccatum mortale: in-
tellige cūm hoc ex studio fit, & in contem-
ptum. Ita intelligitur cap. excellentissimus. 11.

q. 3. 4c

q.3. vt Hugo ibidem notauit. Similiter in diuinis communicare est mortale : vt dicit Hugo. 11.q.3. rogo. Similiter in crimine est mortale : vt de senten. excom. nuper.

Præterea sciendum qd non dicor cōmunicari excommunicato, licet ego & ipse sumus in eadē domo: ego pro meis negotijs, excommunicatus autē pro iūti. Sed si ego & excommunicatus iremus ad papam vel ad alium dominū , vt p̄cedem rogaremus: bene inciderem in excommunicatiōnem, &c. itē si ego & excommunicatus habemus unā camerā cōmunicem: bene licet mihi cum excommunicato esse in eadem camera, & iacere, & comedere, sed non in eadē menuū vel in eodē lectō: quia hoc nō potest esse sine voluntaria cōmunione, secundū Archi. quia notauit. 11. q. 3. apostoli. Sed quod dicit Iohannes euangelista: exiui balneū propter Cetinum excommunicatum. 24. q. 1. omnis qui Dicendū qd illud fuit ex superabundantia iustitiae: & cum hoc quia aliud est dimittere delicias propter prætentiam excommunicati: quod est bonū, sicut licet beatus Iohannes. aliud, ius suū dimittere: quod non est bonum, secundū Inno. qui ita notauit de senten. excom. nuper.

Præterea sciendum qd si excommunicatus intrat ecclesiā, omnes exhibunt ecclesiām, secundū gl. 11. q. 3. sicut Apostoli. Sacerdos ta-

meo si

men si incepit missam, non exhibet: quia non relinquet officium in expletū. 7. q. 1. nihil. Hugo autem notauit in e. cum excommunicato. ibidem. 11. q. 3. quod sacerdos remanebit cum duobus. Host. verò in Summa. de sentē. excō. e. si. dicit qd si excommunicatus ejeci non potest de ecclesia. & presbyter nondum incepit canonem vestes exuat, & recedat. Si verò incepit, perficiat missam, & ab ipso excommunicatio oculos auertat: & tutius est ut statim sumpta communione sacramentivadat ad sacrifitiam, & ibi missam compleat. de cōsecra. dist. 2. relatum. Concordat Host. & Gofred. Dicit tñ Innocen. de sentē. excom. nuper. qd si in ecclēsia esset excommunicatus: non tñ causa oraudi, sed pro alio suo negotio: non videt ipse Inn. quare in eadē ecclēsia orare non possem: cūm non participem sibi in oratione ex quo non orat: licet alij contradicant. Dicit etiam si excommunicatus esset extra ecclēsiam, & audiat missam: statim sacerdos debet cessare, & alij orantes recedere: nisi forte incepisset canonem missæ , vt dictum est: & hoc ne selinqut officium in expletum.

Sciat etiam excommunicatus, qd non licet sibi ingredi ecclēsiam aliqua hora. Et ad hoc facit. 25. distinct. e. t. post principium. 24. q. 3. clericus. & t. q. 1. non licet nisi causa audiendi verbum

verbum Dei. de sen. excō. rūsio. de conse. dīl.
1. episcopus. 35. q. 4. de his. secundūm Host. quā
ita notauit de clero ex cō. illud. Vñ dicit Aegidius Cardinalis quōd si excōica: sicut pri-
uata p̄sona vult dicere horas canonicas, debet
hoc facere extra ecclesiā. & nō intra, ex cāl.
prā dicta: quia separat⁹ ē ab ingressu ecclesiā.

Sed circa præmissa est sciēdum quōd qua-
multi ex leuitate & ex causis vel ex signis leu-
bus vitant alios tanquā excommunicatos: ide
expedit scire qñ quis est vitandus. Pro quōd si
endūm secundūm Host. de sen. en. excom-
municātūm nō ab homine. quōd à cōmunione illū
qui pro sacrilega manuum iniectione in dei-
cum. in edictūm seu in canonem excommu-
nicationis incidit, licet denūtiatus nō sit, de-
bet abstinere dūmodo in iudicio sit: vel ha-
scias, scilicet quia vidisti quando clericū pe-
cūsit, & publica sup hoc laborat infamia, do-
nec se purgauerit. Pro quo allegat capitu. clu.
desideras. de senten. excom. Et hoc vult etiā
glo. 1. prædicti cap. cūm non ab homine. qz
dicit quōd q. am citō scio vñ excommunicā-
tūm: debeo ipsum statim vitare, quanuis nō
sit denūtiatus: nisi solus hoc sciam. Etho:
est contra Ioan. Fauentinum secundūm Holl.
& glossi. suprā dicti capit. qui dicunt quod ex-
communicatus non est vitandus quoisq; de-

nuntiatu

nuntiatu sit, quod omnino falso sum est. Denūti-
atio autē nō sit nisi ppter ignorantes: argu-
de iudicijs. ita quorundā. Et eum, qui cert⁹ est,
certiorari non oportet, de regulis iuris, cū qui.
lib. 6. Deus enim ligat in hac sententia, & non
homo. 11. q. 2. nō. Vnde & secū trahit execu-
tionē, nec amplius ligatur p denūtiationem.
de appell. pastoralis. Debet ergo vñusquisq; vi-
tare excommunicatū, & si denūtiatus nō sit dū-
modo sciat hoc taliter quōd ipsum cōvincere
possit, vel etiā si famosum sit, vt dictū est: securus
vbi occultū est. Et hoc est verum de excom-
municato in specie, id est, nominatim nō in gene-
re: & etiā vbi tibi cōstat tanquā homini: vel si sit
infamat⁹ de hoc publicè. Securus si tibi cōstaret
tanquam Deo, puta in confessione: quia tunc
nec in publico nec in priuato ipsum vitare de-
bes. Itē si audis hoc ab alijs, non sis facilis ad
credendū, nisi p̄fatus hoc tibi nuntiet: quia
tunc omnino credendum est. 11. q. 3. cura. Sci-
re tamen debet quōd aliquis ppter famam
publicam vitatur tanquam excommunicatus,
licet excommunicatus, non sit secundūm Ho-
stiensem in capitu. cūm desideras. de senten.
excommunicationis. vt etiam dicit glossi. qz si
fama est, aliquem esse excommunicatum, vi-
tandus est. Et ita fama facit probationem. Et
ista omnia intellige quo ad publicam vitati-

A nem

nem. Nā si quis solus nouit aliquē excommunicatū, & hoc probare nō potest de facili: ipse Ius vitabit. Alioquin si nec p aliquē pbare poterit, nec ipse cū vitabit publicē, sed tātū occulē, & vbi poterit facere sine scandalō. Vnde ne pro regula, secundū Raymundū, quodsi manifestū est, esse aliquē excommunicatū: alij tenens exire de ecclesia, vel peurare q̄ exeat. Si verò non est manifestū:unc illi, qui sciunt, exhibunt cauē & secretē: ita tamē quod nō se quatur manifestatio illius, si cōmodē possunt: alāssi timetur manifestari: eius, nō exhibuit. q.2. si tantū episcopus. Occultē nanque excommunicat̄ debet occultē monei ut exeat. Cōcordat Gofredus. Hodie per statutum Cōstantiā. bene promisum est quod nullus aliquē vitare debet, vel pro excommunicato habere, nisi denuntiatus sit & declaratus. Et hoc intellige quantum ad publicam vitationem. Aliā si tibi cōstat aliquē incidisse in canonem lat sententiae: debes eum vitare, non expectando aliquā denuntiationem, p iura superius dicta. Eo tamē modo quo dictū est suprā (idem dīcendū est si fama publica est: vel audio à fide dignis aliquem excommunicatum) secundū Ray. tenor enim vitare. Et vt melius ita recol ligas, ponuntur quinque regulæ de hoc.

Quartum prima talis est: Excommunicatio

topaz

to participās in criminē, incurrit cādē sententiā excommunicationis:vt de sent. ex cō. c. si cōcubinat̄. & c. nup. Quod intellige sic. si dat consilii, au xiliū, vel fauorem, sine quib⁹ ille non fecisset.

Secunda regula: Participans excommunicato non in criminē, in contemptū tamē clauis, incurrit mortale peccatum.

Tertia regula: Participās excommunicato in diuinis, scilicet admittendo eum ad diuinā, vel ecclesiastica sacramēta, vel ad sepulturam peccat mortaliter. Et licet prima vice non sit irregularis:vt de sent. ex cō. is qui. lib. 6. tamē ingressus ecclesiae est ei interdictus. Vnde ingēres te secundō ad diuinā: sit irregularis. de sen. ex com. is qui. lib. 6. Et si sic docedit: non debet in corā meterio sepeliri, ut dicis ibidem. Imò in ultimo casu sepeliens excommunicatum in casū non concessio excommunicatus est:vt de sepulturis. eos qui. in Clementi.

Quarta regula: Participans excommunicato in contemptū superiorum peccat mortali. liter. 11. qua. st. 3. neino.

Quinta regula. Participans excommunicato, bibendo, comedendo, loquendo semel tātū, vel ex casu, necessario: nō tamē in contēptū, peccat venialiter. sed patet: quia veniale sit mortale dū placet & sic quātiā delicti facit contemptū:vt dicit Augus. de fide Chri-

stiana. Tūc em̄ dicis quis ex cōtemptu facere q̄ volūtas eius ordinatur ad obuiandum legem.

Sciendum tamē circa præmissa quod in omnibus caūbus præterquā in primo, talis participās potest ab solu: à proprio factore. Sed in primo casu q̄i communicaat in crimen, nō potest ab solu: ab alio, nisi ab illo, qui excommunicauit principalem. Tamen si ille cōmunicans cōmodè nō potest accedere illū excommunicatorem potest ab solu: à proprio factore: ut dicitur. c. nuper. de sent. excom. In articulo tamē mortis potest ab omni excommunicatione maiorī per simplicem sacerdotē ab solu: seruata tamē forma, de qua habes supra circa sacramentum poenitentiae.

Præterea sciēdū q̄i quinq; personę excusat à peccato participatiōis cū excōicato. Primo si q̄s causa utilitatis participat, vt si logia de his quae sunt de salute excōicati, vel adulatē propriā, si aliū nō habet vt loquaf p̄ debitis, ad quae tenet sibi excōunicatus. Secundō excusaf vxor participās viro excōunicato, vel ecōuerso: tamē quātū ad redditionē debiti nō excusat: quia nō tenet viro excōicato reddere debitū: ille tamē excōunicatus tenet vxori petenti reddere. II. q. 3. quoniam multos in gl. super v. b. vxores. &c. si.

Tertiō excusantur serui, ancilla, filii, mulierē ci seruientēs.

ci seruientes, & omnes familiares, qui nō dede rūt causam domino, ppter quā excōunicat. Et intellige de seruis, qui ante excōunicatio nē domini seruire cōaperū: & de filiis nō emā cipatis, id est nō dūnis à patre, qui sunt adhuc in paterna p̄ estate. Rusticos intellige, colonos agrorū suorū dominorū, & alios, qui tamē in his laboribus, ad quos de iure tenētur, possunt participare domino. Partes tamē nō excusant participates cū filiis excōunicatis: nec domini cum seruis, secundū Ray. qui tenētur iūos minores corriger. Tamen dicit Hostien. quod domini seruis mercenarijs, quos si ne magno incommodo vitare non possunt, possunt cōmunicare: similiter socij habentes aliquid in communi. Quartō, excusantur illi q̄ ignoranter cōmunicant excōunicatis.

Quintō, excusantur illi qui in necessitate eis cōmunicant: vt si quis cōmunicans iret per terram excommunicatorum, & non haberet alibi emere vīctualia, potest in tali necessitate ab excommunicatis emere, & cum illis etiam comedere.

Vltimō sciēdū q̄ sepe episcopi vel eorū officiales cōmittunt plebanis absoluere aliquos excōunicatos: ideo de modo & forma absoluendi taliū est videndū. Vbi est notandū q̄ in absolutione à maiorī excōicatione, qua-

tuor sunt seruanda. Primum, ut excommunicatus prius iuret stare mandatis ecclesiae: licet hoc non sit de substa itia absolutionis. Secundum, si quis pro manifesta offensa excommunicatur, non absoluatur nisi prius satisfaciatis aut est occulta, sufficit iuratoria cautio.

Tertium est, ut absoluatur per eum, qui tulit sententiā cū psalmis & orationibus circa hoc suetis: primo premitto, De miserere nostris, vsq; ad finem, vel secundum aliquos, Miserere mei, De, deinde Kyrie eleison. Pater noster. Si uero fac seruum tuum dñe sperare in te. Mitte diaxiliū de sancto: & de sancto tuere eum. Esto enim fortitudinis, à facie inimici. Dñe exaudi orationē meā. Trem, Praesta quæsum oportet deus tuus huic sanctulo tuo dignū penitentiam tuū, ut ecclesiae tuae, a cuius veritate deviat peccado admissorum reddat immixtū veniēcendo. p Christū dominū nostrū. Tunc sequitur forma absolutionis: De omnipotenti Dei gratia & misericordia confisus auctoritate domini nostri Iesu Christi, & beatorū apostolorū Petri & Pauli, necnō auctoritate ordinis mihi in hac parte concessi, à sententiā excommunicatiōis, qua incidisti propter iniectionem manū in clericū ordinatū, ego te absoluō restituo te in finum matris ecclesiae, & participationi sacramentorum, & communioni deliu-

CVM EXCOMMUNIC. 375
delium. In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amē. Et iste modus seruandus est circa mortuū excōsciatū aboliūdū: nisi addēdo versiculos & psalmos, q̄ sunt circa cōmētationem mortuorū, addendo collectā. Inclina dñe aurē tuā, cū illa, Da quæsum dñe animæ famuli tui refrigerij fedē, quietis beatitudinē, veri lumen claritatē: per Christum dominū nostrum.

Quartum est, ut p̄cipiat illi licet absoluto, si erat abolitus à sententiā canonis, ut nunquā contra illum canonem excedat: scilicet, ut non percūtiat clericū aliquem, vel consumile.

3. De suspensionis sententia.

Circa suspensionis sententiā est secundum quod suspensio est prohibitio, qua quis adstringitur abstinere ab aliquo certo actu legitimo, & est multiplex. Nam tot sunt singulares suspensiones, q̄ntot sunt actus legitimi. vñ pot̄ quis se sp̄edi a beneficio, & officio, & iuris dictio, ab ingressu ecclesiae, &c. Pro quo sciendū q̄ Ioā. And. in cle. cupientes de penit. in gl. in magna enumerat viginti quinq; suspensionis species. Est aut̄ suspensio à cōmunione fratru simplex. 18. dī. si quis aut̄. Alia determinata per duos menses. ea. dī. c. f. Est aut̄ suspensio à cōmunione Eucharistie, donec parviteat. de elec. Ofiis. de his quæ sunt à maiori par. cap. i. in fin. Item ad oblationes altaris. 17.

q. 4. miror. Itē à perceptione sacramentorū. q. 3. sicut Apostoli. &c. seq. de cleri. extō. mi. c. fi. Itē à cōfēratōne episcoporū simpliciter. de trāslatio. c. 2. & determinatē ad annū. de elec. prouida. lib. 6. Item à collatiōne ordinū omniā & simpliciter. de tépo. ordīna. c. vel nō est. &c. dilectus. & cum determinatiōe anni. eo tit. eo qui. lib. 6. & ad trienniū. de simonia. c. penul. Quandoque certorū ordinū tantū. de tépo. or. di. c. literas. Quandoq; clericalis tōsū & tantū. ec. titu. nullus. lib. 6. Quādoq; certi ordinistātū simpliciter. eo. tit. literas. vel ad tépus. eo. tit. c. vel nō est. de simonia. c. penulti. Quādoq; pon. ifical. bus tantum. de transla. ca. 2. Quandoque ab officio sacerdotali. de offic. delega. sanē. 2. & eot. it. c. 2. lib. 6. Quādoq; non à tom. sacerdotali officio. sed solūm à celebratione m. s. rum. Quandoq; tantum per duos menses. de cleri. percus. p̄t̄terea. Quandoque per annū. 15. dis. nullus. de cōse. dis. 2. relatū. Quandoq; per duos annos. de cleri. percus. p̄fessiū. Item est suspensiō ab ingressu ecclēsia quandoque simpliciter. 16. quāstio. 6. nullus. & c. si quis deinceps. de p̄cē. & remis. omnes. de offi. delega. c. 2. lib. 6. Quandoq; determinatē ad mensē. de senten. excō. sacro. Quandoq; quoniamque satisfecerit. de censī. exigit. libro 4. Quandoq; suspenditur quis ab ingressu ecclē.

fir 2

fir 8. diuiuis per mensē. de sen. excōmu. c. j. lib. 6. Et quid importet suspensiō ab ingressu ecclēsia. habetur de sen excōmu. is cui. lib. 6. Itē est suspensiō ab officio quādoq; simpliciter. de vsur. quia in omnibus. in fi. clemē. de reb. ecclē. nō alie. c. j. Quandoq; p annū. de officio delega. c. vlti. paragraf. vt autē. li. 6. de re iudi. cūm æterni. eodē lib. Quandoq; p trienniū. de clān. despōsa. c. fin. in cle. ad fi. Itē est suspensiō à voce capituli. donec quis ordinetur. suprā ea. constitu. de a. tate & quali. ordi. vt hi qui. 2. respo. Item à beneficio simpliciter. de elec. nihil est. Et deteſimнатē. puta ad sex menses & annū. in clemē. de vita & boneſta. cle. c. 2. ad triēniū. de rebus ecclē. non alienan. ca. 2. lib. 6. de elec. cūm in cūtis. eo tit. c. 1. & cap. cupiētes. paragrapo cæterū. lib. 6. Ad tépus incertū sci licet quādiu tacuerit. de electio. generali. li. 6. determinatē etiā quo ad partē distributionū: vt in p̄dicta deere. vt hi. qui. 2. respon. Suspēditur etiā quis à beneficio obtinēdo per sex menses. & per annum: vt in p̄dicta decret. 2. de vita & ho. cleri. quandoque per annum & biēniū. de statu monacho. ne in agro. paragra pho. si quis. Suspēditur etiā quis à beneficio ob tinendo per septem menses & per annum: vt in p̄dicta decreta. 2. Item est suspensiō ab officio & beneficio simpliciter. de testa. tam li teris.

teris, in fine, de secundis nuptijs, cap. i, de p. uileg. c. maru. Quādoq; determinatē ad tēpū satisfactionis vel restitutionis, de elect. q. a. sen. tētia. de cēsi. exigit. lib. 6. Et quādoq; hæc sol. pētio dicit ab ordine & dignitate, de ichismac. i. i. f. Et quādoq; sumis alternatiuē, vt puta aut ab officio suspēdat, aut à beneficio, de vita & hone. cle. à crapula. Itē suspendif quis ab admi. nistratiōe simpliciter, vt de solu. c. 2. & cū de. terminatione triénij, de rebus eccl. nō alie. c. 2. Interdū suspēditur ab officio administratio. nis, & à beneficio vñq; ad satisfactiōē, in cle. de deci. c. 1. Itē suspendif quis à priuilegiō cl. ricali quādoq; in persona, quandoq; in rebus de. vit. & ho. cle. c. vlti. & in cle. eo. ti. c. 1. Itē sus. pendit quis à collatiōe beneficiorū simpliciter de præbē. c. graue. ne sede vacan. c. vñco. li. 6. Etiā cū determinatiōe anni vel biénij, in de. de sta. mo. ne in agro, paragrapho, si qs. Itē sus. pendit quis à cōsummatiōe ej. iscoporū simili. ter, de translatio. ca. 2, quandoque per annum, de electio. prouida. lib. 6. & quandoque à cō. firmatiōne inferiorum, de electio. nihil est. Item suspendit prælatus regularis à perce. ptione profetionis, de regu. iur., non solum in fine. lib. 6. Item suspendit officium legati minoris præsente legato maiore de latere de officio legati volentes. Item suspendit

status

status canonico. Alemaniae, de electio. in. demnitatis, paragrapho p. lib. 6. & in cle. de statu reg. atténdentes, paragrapho, illos quo. que. Itē suspēditur quis ab officio aduocati. nis & notarie, de hæret. si aduersus. Itē à colla. tione magisterij, in cle. de magist. cū sit. Itē ab officio prædicādi: vt in cle. cupientes, de p. o.

Vt autē facilius ista materia capiatur, no. tandē sunt regulæ subscriptiæ. Prima regula: Suspensus ab officio & iurisdictione, siue ab homine, siue à canone, nec excommunicat, nec beneficia conterit, de concessi. præbē, quia diuersitatem. Ex quo enim talis caet iurisdictione, excommunicare non potest, de excels. præla. tanta. Secunda regula: Suspēsus ab in. gressu ecclesiæ tatū, ta'is excommunicat & ab. soluit. Ratio, quia adhuc retinet iurisdictionē vt in. c. sacro. de sen. excom. & ca. ex iniuncto. & c. ab excōmunicato. de rescrip. vbi ad talē suspensum, qui incidit in suspēsionē ab ingressu ecclesiæ, quia excōmunicat: cōtra nullūra casum. c. facto. fieret remissio, p. absolutione. Tertia regula: Suspēsus à beneficio pōi. bñ eli. gere, vt in. c. cū in cūdis. de ele. Quartā regu. la: Suspēsus ab officio, si talis est suspēsus quo ad se & quo ad alios: nec eligit, nec eligit, vt in. c. cū elect. de cōsue. de elec. cū vin. Et hoc est verū quādo eligit ratione priuati officij. Si autem

autē eligit ratione publici officij: potest eligere dummodo sit occultus: facit de reg. iur. ap. probandum. **Quinta regula:** Suspētus quo ad se tantum, vt ille, qui est ius sensus propter participationem excommunicationis eligit, sed non eligitur. *de cle. excom. mini. si celebret.*

Sexta regula: Suspētus ab ingressu ecclēsie, in ea celebrās irregularis est, de sen. excom. cui. lib. 5. **Septima regula:** suspētus ab officio, tā à celebratiōe missā, quā à collatiōe sacramētorū, & à quolibet actu sacerdotali, puta à baptizando solēniter, intelligi suspētus: & contra faciēs, sit irregularis. **Octava regula:** Sacerdos suspētus à sacerdotalib⁹ officijs ministrans in inferiori ordine, nō est irregularis. Quādo verō est suspētus à collatiōe sacramētorū: conferēs aliquod sacramētū solēniter, sit irregularis. **Nona regula:** Licet suspētus nō pdit iura spiritualia nec possessionē beneficij: tamē fruētus beneficij sui pdit, secūdū Inn. de appell. pastora. Et hoc si est suspētus ab officio, & ex graui cā: pura ppter scādalū populi vel infamiam solā, secundūm Hosti. de quo plenē per Ioā. An. c. cupientes. de pœnis. in gl. mag. adi-

Decima regula: Suspētus à canone propter participationem excōicati, potest eligere, & alia facere, quæ sunt iurisdictionis. Sed si ab homine vel à iure, vel alias ex alia causa: tunc

tunc non potest, secundūm Ioan. And. in glo. mag. na. vbi suprā.

¶ De forma excommunicationis.

REstat nunc vidēre de quarto, scilicet de forma ferendā excommunicationis.

Pro quo sciendū quòd ad ferendum sententiam excommunicationis nō debet festinare iudex, sed maturè procedere: nec pro quolibet delicto debet eam ferre, iuxta illud poeticum: Si quoties peccant homines sua fulmina mitiat. Iupiter, exiguo tempore incensis erit.

Debet igitur præmitti triplex monitio: vel una p tribus, aliás iniusta est excommunicationis & iudex est suspētus p inēsem: qui si ingrat se in officio suo, scilicet in diuinis agēs sicut prius: irregularis efficitur, & per solū papā est absoluendus. Et idē est de sententia suspensionis & interdicti. de sent. excom. cum medicinalis. lib. 6. Hac tamē pœna non tangit episopos, cùm de eis non loquatur expressè.

Præterea est sciendū q̄ sententia excōicationis ferēda est ex trib⁹ causis. Prima est contumacia, qñ quis fuerit admonit⁹ vel citat⁹ p iudicē trib⁹ vicibus sue edictis, vel p vno trib⁹: & ipse fuit inobediens vel contumax.

Secunda causa, quādo pro aliquo certo dāno, vel offensa alius quis vult satisfacere: tunc enim potest licet excommunicari. Et ratio est secundūm

Secundū Tho.in.4. Senten.distrin.18. quia talis peccat in proximum, cui facit iniuriā : & ideo merito est excommunicandus. Tertia causa, quā do persona ignoratur, sic excommunicatur in generalitv: vt quicq̄que furtum fecerit, restituat vel qui scit: & nō reuelat, de senten. excommuni- ni. à nobis. Nemo autem debet excommunicari p̄ peccato alterius. 24. questio. 3. si ab his, licet bene potest interdici.

Sunt autem quinque casus in quibus sententia excommunicationis nulla est ipso iure. Primi unus est, si ille, qui tulit eam non habuerit potestatem ferendi sententiam: vt quia non erat eius index: vel quia erat excommunicatus.

Secundus, q̄a est lata post appellationē legiti- mā in quo casu etiā (vt notat Archid. 11. q. 3. cu- ræ.) dicendū q̄ licet sit ordinario credēdū de nuntiātū aliquē excommunicatiū: tamen si scit p̄ certo denūtiātū ante excommunicationē appelle- lasse: securè illi p̄t communicare: vt de appell. ad nostrā. secundūm Gof. qui ita notauit in pre- dicto. c. dilectus. Istud vltimū dictū intellige: vt notatur de senten. excom. solet. lib. 6. para- grapho vlti. Cōcordat ad hoc gl. antiqua Ber. de appella. pastoralis. dicens q̄ si quis excommunicatus est post appellationē probabilē, licet excommunicatus sit: non tamen est pro excom- municato habendus, quia liceat ei cōmuni- ca-

re in omnibus sacramentis. Hoc idem sentit glo. f. in. c. dilectus. ibidein dicens, quod licet pro sententia sit pr̄sumēdū indubio: magis tamen standum est appellationi quām denun- tiationi excommunicationis.

Tertius casus est, quādō sententia cōtinet in- tolerabilē errorē: vt de sentē. excō. p tuas. vt si excommunicat̄ quis ideo quia non furaſ: vel q̄a nō ducit episcopo aliquam meretricem, & sic de alijs: prout exemplificat glo. ibidem.

Quartus casus, quando aliquis excommuni- cat̄ maiori excommunicatione illos, qui excom- municatione participant nō in crimen, sed in lo- cutione. Nā talis sententia nō tenet nisi pr̄missa trina monitiōe, vel vna pro tribus: & cū hoc nisi nominatim exprimātur participat̄es. de senten. excomm. statuimus. &c. c. cōstitutio- nem. &c. c. statutum. lib. 6.

Quintus casus, quando pr̄latus interdicit suis subditis ne exponant suis superioribus ac inquisitoribus statum ecclesiarum suarum sub pena excommunicationis: nam talis excommuni- catio nulla est: vt de offi. ord. quia pleriq. lib. 6.

Vltimō sciendum quod secundūm Emeri- euni in Summa sua, regulariter episcopus & quilibet inferior parochialis presbyter potest absoluere à sententiā excommunicationis etiam maioris latitūdine, vbi sibi superior absolu- tionera

Nō reseruat. Nec obstat dictū Ioa. And. in. c. si episcop⁹. de pœni. & re. lib. 6. vbi ipse dicit⁹ absoluere excommunicatos à maior i excommunicatione, nō cōpetit simplici sacerdoti sed episcopo: vt de sen. ex cō. nuper. Sed tu dic audacter q̄ verū est, q̄ nō cōpetit hoc simplici sacerdoti simpliciter, q̄ etiā vbi prohibet specialiter: secus autē vbi nō prohibet. Sic etiā dicimus de episcopo, q̄ nō cōpetit sibi absoluere à sententia excommunicationis maioris: vbi scilicet papa specialiter reseruavit: in cæteris nō prohibetur. Similiter dicit⁹ de episcopo & simplici sacerdoti. Istud tñ idigeret meliori declaratio p̄ papā ppter simplices. Scias etiam q̄ absentia pōt ab solui ab excommunicatione p̄ procuratō secundū Guliel. Nazonē: tñ solēnis re cōciliatio in introductiōe intelligit dictū Inn. q̄ prolixè in hoc scripsit. de senten. excō. cām desideras.

De ecclesiastico interdicto, qualiter sit obseruandum.

FInem opusculo imponere cupientes, de ecclesiastico interdicto aliqua subiunctione. Circa quod sciendū quod interdictū scindūm Inno. nō est nisi prohibitio hominī habitantiū in loco a sacramentis ibi accipiedis, & à sepultura: & ne clerici celebrēt diuina, vel ministrarent sacramenta. Et est duplex: quod

dam

dam generale: quoddā speciale, siue particula re. Generaliter interdicunt regnū, siue prouincia, siue etiā ciuitas. vel castrū. Particulare vero interdictū est, qñ de multis ecclesijs, vna duæ vel tres interdicuntur: vt habeat de verb. sig. cūm in partib⁹. Sic etiā speciale dicit⁹, qñ omnes ecclesiæ ciuitatis vel prouinciarum interdicuntur: vt sit p̄ executores gratiarū. vñ generale dicit⁹ quantum ad illum locū, vbi nullus excipiat. Vnde secundūm do. Aluarū, licet persona interdicatur, vt scilicet quādiu in tali loco moratur, vel ad quēcunq; p̄uenierit, quādiu ibi fuerit, serueretur interdictū: in hoc licet ppter personā speciale cēseat interdictū: tñ quo ad obseruationē generaliter intelligit interdictū prolatū: vñ omnia quæ seruantur tē ore interdicti generalis, etiā tunc observabuntur. Speciale autē est, in quo aliquę ecclesiās excipiuntur: & vbi solū terra eorum, quæ interdicuntur, specificantur. Potest tñ ponī interdictū ex rationabili causa propter culpam domini loci alicuius, siue capituli, siue communitatiss: non tñ potest ponī per ordinariū vel per delegatū pro pecuniario debito, vel cuiusvis pecuniae quātitate, nisi de autoritate sedis apostolice speciali & expressa per extrauagā. Bonif. 8. quæ incipit, prouidē atēden. Et hoc intellige de interdicto generali: quia speciale bene potest ponī ppter debitū pecuniariū: vt quia

B pleba-

plebanus nō soluit aliquā collectam sedi apostolica vel ep̄o, p̄t in erdici rātū illa ecclesia illius plebani, nō autē alia in illa ciuitate. Ita notauit Io. Andr. in nouella de sent. exco, lib. 5. Et differt interdictū ab excōicatiōe vel suspēfione: quia excōicat vel suspēdit personā sed interdicit locus, vel regnum, vel p̄uincia, castrum, ecclesia, villa, ciuitas, cōmunitas, clerus, vel populus. Potest etiā hoc interdictū p̄oni per episcopū. De casu episcopi potest capitulum interdicere, videlicet q̄n p̄cedit ex metro officio: aliis autē sine casu capitulum p̄ interdicere super notorijs delictis. Hoc idem p̄t facere ele&us confirmatus licet nondum consecratus: quia hoc est iurisdictionis, & nō ordinis. Vacāre verò sede p̄t hoc etiā facit capitulū. De omnibus istis sunt iura: quæ omni causa breuitatis. Forma autem interdictū hæc: Nos propter talē causam scilicet occasiōis sacerdotis in ciuitate facta ipsam ciuitatem supponimus interdicto ecclesiastico.

His p̄missis ponunt aliquę regule de obseruacione interdicti. Prīma regula est: Interdicto clero specialiter, non propter hoc populus intelligi: interdict⁹: nec econuerso. Unde in tali casu laici possunt audire diuina: vt sent. exco. si sententia. lib. 6. Cum verò alicuius ciuitatis vel terræ populus est interdictus, sanguinare

gulares personæ intelligunt esse interdictæ.

II. regula: Licet generale interdictū clericis teneatur obseruare: m̄ eorū p̄sonā nō sunt interdictæ: & ideo alibi existētes p̄nt celebrare.

III. regula: Interdicta terra propter delictum domini, subditi ipsius alibi p̄fessunt audiē diuina, n̄i culpabiles existāt: vel nisi ipsi fuerint interdicti propter dominum in eis p̄niendum. de senten. excom. si ciuitas. lib. 6.

III. regula: Ciuitate vel castro interdicto, vel villa: suburbia illorū & continentia ædificia intelligunt iterdicta: vt. d.c. si ciuitas. Suburbia autē secundūm Ioā. de Deo intelligunt loca extra ciuitatē: vt ipsa ædificia, quæ sunt extra ultimā portā ciuitatis: sive si porta clausa, sive aperta: quæd alio nomine dicimus ingressum vel introitū ciuitatis principalē vel finalē: de quib⁹ ædificijs vocant omnes homines ad cautionem ciuitatis: & solūtū communes pensiones. centus vel tributa, vel qualcumq; exactiōes cum ciubus ciuitatis.

V. regula. Interdicta ecclesia, nec in ipsa, nec in ei⁹ capellā potest celebrari, nec in eius coemeterio contiguo poterit sepeliri: vt dicitur in dicto cap. li ciuitas. lib. 6.

VI. regula. Interdicta ciuitate pro peccato ciuiū, quaquā ciuēs nō sunt proprieiis ne nimis⁹ expressi: tamen quocunq; v. sint interdicti

384 DE ECCLESIASTICO
sunt:nec debent admitti ad diuina:quia interdictus in vna ecclesia , interdict⁹ est in alia.4.
q.5.quisquis. Si autem propter peccatum principum:tūc populus nō est interdictus nisi in eadem ciuitate,secundūm Ioā. de Deo. Similiter etiā in tertia regula superius dictū est. vii. regula: Tempore interdicti generalis, puta cum locus est interdict⁹: ut ciuitas,castrū,villa singularis diebus in monasterijs & alijs ecclesijs possunt celebrari missæ submissa voce,ianuis clausis,excōicatis & interdictis exclusis,campanis etiā nō pulsatis. Tempore etiā prædicto canonici debent conuenire ad ecclesiā : alijs amittunt distributiones quotidianas, quæ interessentibus tantum dant, si nō esset interdictum. Possunt etiā tunc solū in festiuitatib⁹ Natalis,Resurrectionis Domini, Pētecostes, assumptionis beatæ virginis,pulsatis cōpanis, ianuis apertis, alta voce diuina cātari, excōicatis exclusis, sed interdictis admisisse: ita tñ illi „pter quos latū est interdictū , altare non appropinquent. Quod si intelligit, secundum Nouellatorē in.c.alma.de fent.excō.lib.6. q̄ reliqui nō culpabiles possunt orare ad altare, & oblationē super altare offerre, & similia facere. Hodie etiā per extraugantem Martini papæ qū nti moderni extendit ista indulgentia ad festa corporis Christi: ita quod tempore int er-

INTERDICTO. 389
re interdicti generalis licet etiam celebrare, etiam alta voce , & pulsatis campanis vsq; ad octauas: nullū tamen premissorum potest fieri quādo ecclesia specialiter est interdicta.

VIII. regula: Tēpore generalis interdicti in solenni: atib⁹ quatuor,scilicet Natalis, Pēschæ,Pētecostes,& assumptiōis Mariæ,licitu est cātare vespertas primas & secundas,sed non cōpletoriū:alijs incurret irregularitatē per errorē opinione fulcitū,ed q̄ doctores in hoc discordat:ex quo nō in contēptū clauis facit esse disp̄cibile p̄ legatū,vi Clemētina dicit, de cleri.excom.ministran.cleri. Hac Ioā. An. in Nouel.in.c.alma.de fent. excō.lib.6. Sabbatho vero magno scilicet resurrectionis Dñi, nō possunt ī casu v̄ sp̄te primæ cātari. Ratio: quia terminat cū cōplēda missæ: & ita quodā modo sunt pars missæ. Sed in festo corporis Christi tam primæ quām secundæ vespere cū omnibus horis , missis, & cōpletorio vsq; ad octauā inclusuē possunt celebrari: præter tñ completoriū ipso die octauæ, quod videt ad diē sequentem pertinere. Nullū tñ prædicto- tum potest fieri tempore specialis interdicti.

IX. regu. In festiuitatibus quatuor prædi-ctis non possunt sani percipere corpus Christi,nec etiam homines mortui sepeliri, secundūm Iohan.Andr.in Nouella,in dicto.c.alma..

Et notantur hæc de sepul. eos qui, in clemen-
tia gl. quæ hoc dicit. Et idē Host. in cap. cū &
plantare. de priuilegijs. super ver. defunctorū.
quāuis Io. Cal. tenet cōtrariū, cuius dictū nō
præualet tanquam singulare. Decima regula:
Tēpore generalis interdicti pñt ista sacramēta
cōferti: baptismus parvulorum & adulorum,
pœnitentia tam sanis, quam infirmis, viaticū
seu corp' Christi, p infirmis tantū: cōfirmatio
in frōte, & cōsecratio chrismatis feria quinta
magna per episcopum: vt not. in gloss. magna
super verbo, sacramentis. in. d. c. alma.

XI. regu. Licet quidā antiqui, vt Petrus de
Samprana & alijs opinabantur tēpore genera-
lis interdicti, ī ecclesijs modo suprà dicto nō
posse celebrari diuina, nisi à prop. ijs clericis
ecclesijs, scilicet vt non nisi in ecclesijs pa-
rochialibus plebani cū vicarijs deberent cele-
brare diuina submissa voce, & ianuis clausis.
& quod clerici extranei non possunt ibi cele-
brare, nec eis interesse: tamen secundūm Ioā.
Andr. in Nouella cap. alma. possunt extranei
clericī hæc omnia facere: quia nimis durum
est quod beneficiatus vnius ecclesiæ in alia
tunc celebrare non possit: & in his secundūm
ipsum nimis emunxit vel elicit sanguinem.
Inī secundūm Ioannem Caldarinum, quod
plusest, possunt clericī diuersarum ecclesi-
rum

rum secundūm consuetudinē, quā habēt, cōue-
nire in festiuitatibus, vel dieb⁹ certis annuer-
sario tēpore interdicti seruata forma decreta.
alma. sci'cet vt submissa voce celebrēt, & sine
pulsu & ianuis clausis. Hæc Ioan. Cald. in tra-
tatu de interdicto. q. lxxxv. XII. regu. Quā
do ecclesia specialiter est interdicta: tūc in ea
dī in his dieb⁹ scilicet quatuor festiuitatibus
& alijs durāte interdicto nō poterit celebrari
etā bassa voce, & ianuis clausis, sed extra eā
in loco alio etiam posset alta voce celebrari
sib tentorio vel in alia ecclesia, si est ibi non
interdicta, secundūm Ioan. And. in Nouella.
d.c. alma. XIII. regu. Interdicto populo, vel
viuenteritate, & nō loco, nec ecclesia: poterunt
clericī ianuis apertis & pulsatis cap'panis singu-
lis dieb⁹ alta voce celebrare, interdictis tamē
& excoicatis expulsis, cū hoc nō sit prohibitū.
sed interdicto loco nō potest ibi celebrari, nisi
nō suprà expressio. ergo illa quæ ibi dicta sunt
intelligēda sunt dē locali interdicto, qn' leuis
et gñaliter interdict⁹. XIII. regu. Existēs cul-
tabilis, vt puta cōsiliari⁹ rel. p̄cu: ator vel ca-
pitane⁹, cui⁹ cōsilio vel auxilio latū est in ter-
dictum, licet ab eo cautio recipiat de satisfa-
ctione, & ei pœnitētia iniūgat: nō in p̄ opter
iōc relaxabitur interdictū, nisi principalis fa-
tisfecerit: quo satisfaciēt toletur interdictū.

per glo.d.c.alma.super verbo,relaxatio.

XV.regu. Et si in periculo mortis aliquis interdictus accipiat pœnitentiā tempore interdicti, & iacet stare mandatis ecclesiæ: non tamen admittitur ad ecclesiasticā sepulturam; cùm hoc sit contrarium iuri de pœni. & remis. quod in te. secundum Ioan.de Deo.

XVI.regu. Tēpore interdicti nō debet audire cōfessionē illi, quorū culpa vel dolo laui est interdictū, vel q̄ prēbuerūt cōsiliū, auxiliū, vel fauorē: nisi prius satisfecerint, vel de satisfaciendo dederint idoneā cautionē: vel si hce nō possunt, saltē iurabūt q̄ cū poterūt satisficiēt: & ad satisfactionē faciendā præter illis qui tenentur dabūt consiliū, auxiliū, vel fauorem, & laborabunt pro posse: non tamen est relaxatio interdicti: vt.d.c.alma.

XVII.regula: Tēpore interdicti nō debet deceđētēs tā clericī quā laici extrema vñctio ne iniungi. de pœnit. & remis. quod in te.

XVIII.regul. Tpe interdicti possunt matrimonia per interdictos contrahiri, tamen sine solennitate: quia etiā ab excommunicat. contracta tenent: vt de eo qui duxit in matrimonium: significasti. Ita notat lo. And.in.d.c.alma. in glo.super verbo, sacramenta. Ioānestamē de Lignano dicit q̄ in festo assumptionis Mariæ potest matrimoniu folēniter benedici.

XIX.regula. Licet secundū quosdā tpe interdicti poterit vna cāpana pulsari, p̄ cōuocādīs canonicas ad horas canonicas, vt dicit dominus Aluarus: melius tamē & securius est, si nō pulsetur: ne populus relaxationē credēs interdicti, cōueniat ad diuinā: vt dicit Ioan. Cald.

Vicesima regula: Tēpore interdicti potest campana pulsari pro dicēda oratione pro pace, scilicet, ave Maria: fide de mane, fide de sero, secundūm Ioan. Cald.

XXI.regu. Tempore interdicti clericī possunt ad vltiores ordines promoueri: sed nō specialiter interdicti. Laici verò interdicti non possunt promoueri.

XXII.regula: Tēpore interdicti licet laici sepeliri non possunt in cemeterio, etiam qui non dederunt causam interdicto: possunt tamen clericī sepeliri, sed sine pulsu campanarū & sine omni solennitate. de pœnit. & remiss. quod in te. Potest tamen submissa voce pro clericis decedentibus dici Requiem, & vigiliae, & orari ianuis clausis, prout notauit Bartholomaeus de Pis. in Sūma sua de interdicto paragrapho.3. Idē dicēdū est de laicis, qui nō dederūt causam interdicto: vel si dederūt, sufficiēter emēdauerūt, & penituerunt. Nā p̄ta lib̄ p̄t orari secreto, & eorū mortuaria sunt recipiēda, licet nō sepeliantur in cemeterio: quia

quia tales sunt in statu saluādorū, secundū dōminū Aluarū. Dicit tamē Io. And. in cle. i. de sepul. q̄ hoc intelligendum est de mortuarijs, quæ ipse moriēs reliquit loco interdicto, vel etiā de illis, quæ postea data sunt, cùm fuerint sepulti in cœmeterio post relaxatū iterdictū. De funeralib⁹ verò quæ danſ cū funere sepul to defuncto tépore interdicti, nō putat eleri, eos licet recipere posse: quia vidēt participare delicto. Itē dicit Stephan⁹. Et addit Io. An. in Nouella, in f. gl. mag. q̄ si recipiūf, nō te nentur soluere quartā: vt in cle. dudum. de se pul. ibidem. Pro quo allegat Oldradū inducē tem legem. f. pro socio. cūm dudū. vbi socius omnium bonorum uon cogitur conferre ea, quæ ex causis prohibitis acquisiuit.

XXIII. reg. Sepulti extra cœmeterium, in quibus apparuerunt signa cōtritionis tempo re interdicti: relaxato interdicto sepeliuntur in cœmeterijs. Si autem fuerint sepulti in cœ meterio: nō sunt relaxato interdicto exumu landi, secundū dominum Aluarum.

XXIII. regula: Quando terra aliqua singulariter est interdicta in pœnam, & si ex eis multi non deliquerint, vel forsitan voiuerint vel magna pars: vel forte deliquit dominus, & in hoc tunc puniuntur parochiani: non pos sunt in aliena ecclesia etiā nō interdicta alibi eligere

eligere sepulturam: nisi forte etiam ex priuilegio: vt de priuile. vt priuilegia. Si verò est in terdicta propter delictū clericorum tantum, vel propter hoc quod violata fuerit: tūc parochiani possunt in alia non interdicta eligere sepulturam, & audire diuina. Hæc Inno.

XXV. regu. Si alicui psonę cōcessum est, vt tempore interdicti possit celebrare, aut au d̄ re diuina voce submissa: tūc ei⁹ familiares ad audiēdū cū illo celebrādū sibi admittunt in absentia. tñ dñi tales familiares hoc facere nō possunt, secundū Ioā. And. in Nouella. de priuileg. licet. lib. 6. Nō sic autē de familiarib⁹ alicui⁹ collegij: qa nisi priuilegiati fuerint: nō admittunt. Tali em̄ cōcessiōe gaudere nō pōt, q̄ dedit causam interdicto: vel cui⁹ cōfilio culpa fraude, dolo latum est interdictū: vt de priuileg. licet li. 6. Familiares autē intellige non solum perpetuos, sed etiā mercenarios: scdm Archi. Illi etiam, qui successerunt alijs, qui nō fuerint tépore dati priuilegij. sed etiā ex causa necessaria sunt assumpti, cēsentur familiares, secundū Aegidiū de Cremona: sed nō illi, qui voluntate nuda sunt assumpti.

XXVI. regu. Tépore interdicti possunt epi scopi, quocunq; ierint, corā se facere celebra re diuina, sed tñ submissa voce, & ostio clau fo: vt de priuilegijs. lib. 6. in ultima glos. nec possunt

possunt per alios diccesanos in eorum diccessi prohiberi secundum Io. And. in nouel. ibidem.

XXVII. reg. Religiosi excepti in capellis suis, quas habent in locis non exemptis, tempore interdicti non possunt facere nec per se celebrare diuina: ut de priui. authoritate. lib. 6. Hodie autem religiosi violantes interdictum possumus per sedem apostolicam, vel ordinarium loci, vel generali cessationem diuinorum factarum per prouinciale concilium sunt excommunicati ipso facto: non obstantibus priuilegijs & exceptiis quibuscumque: per cle. i. de sent. excom.

XXVIII. regu. Tempore interdicti non licet secularibus extra ecclesiam auscultare seu audiire diuina, quae fiunt in ecclesia: nec licet fenestras vel foramina facere ad videndum in figura huiusmodi diuina & corpus Christi: ut colligitur de poenis. & re. quod in re. de sent. excom. c. i. in cle.

XXIX. regu. Clericus non solum celebrans, sed etiam agens aliquid in suo officio publice tempore interdicti, violat interdictum. Vnde non solum cantans missam ut sacerdos, sed etiam afferens calicem ut diaconus, violat interdictum. Similiter celebrando principaliter vespertas vel matutinas. 11. q. 3. si quis episcopus, Idem Gulielmus in Speculo. ti. 2. paragrapho. iuxta propositiōis versi. qd si. Si quis tamen interest diuinis, etiam cantans

tans cum alijs, non tamen agens in suo officio: non credit Host. talem irregularitatem incurrire, vel suspensionem: nisi faceret ex contemptu. Clericus tamen in minoribus agens in suo officio, irregularis est, secundum ipsum de priuilegijs tanta. &c. f. per Inno.

Tricesima regula: Tempore interdicti potest mensa benedici. similiter aqua cum tali sub filatio: non tamen sacerdos populi debet aspergere publice: si tamen aspergat, non est irregularis: quia aspersio non alicui ordini annexa: non obstante dicto In. & Guliel. in Speculo: quia loquuntur secundum antiqua tempora. Hodie autem ex quo permittit missa sub silentio, post maius est: ergo & benedictio aquae, quod minus est.

XXXI. regula. Tempore interdicti clerici binis & bini expressa voce horas dicentes ambulando vel sedendo in ecclesia, vel iuxta ecclesiam, vel alibi ubi ab astantibus laicis audiuntur, creduntur violare interdictum, secundum Io. Caldarinum. Ex quo sequitur tunc clericus volens dicere horas debet a se remouere familiā laicalem: potest tamen cum alio clero dicere horas in secreto, ubi a nemine audirentur.

XXXII. regu. Tempore interdicti possunt tantum clerici quam laici publice orare priuatas orationes in ecclesia, nisi ipsis specialiter esset prohibitus ingressus ecclesie, secundum Monaldum.

dū. Meli^r tñ faciūt clerici abstinentes ab oratione cōmuni cū laicis propter suspicionem. Illi tñ qui sunt propter culpā interdicti velex cōmunitati, nō possunt in ecclesia orare. imd nec ecclēsiā intrare: secūdū Archi. 11. q. 4. si qs. Si tñ ex cōmunicatus est ecclesia, sed nō orat non videt Inn. quare nō possum eo præsente orare, cūm nō cōmunico sibi in oratione. Ita recitat Archi. 11. q. 3. sicut, q. si ego sum in eadē domo p meo negotio, & ille pro suo: nō sibi communico. Sed sibi in eodem negotio: vt peta ambo imus ad regē ad petēdū pro aliquo: tūc dicor communicare. Dicit insuper ibidem q. possum cū excōmunicato in eadem camera comedere, sed non in eadem mensa: similiter dormire, sed non in eodem lecto.

XXXIII. regu. Licet tēpore interdicti laici pulsantes funerī, vel pro alia causa non sunt irregulares: non tamen habeant orationem: tamen ex quo violant per hoc interdictū, grauitate sunt puniendi, secundūm Inno. & Host. Clericus tamen pulsans tenipore diuinorum, irregularis est. Secus sibi nō celebrantur de facto diuinaria.

XXXIII. regu. Tēpore interdicti possunt prælati excōmunicare & absoluere: cūm hoc sit iurisdictionis: sed non eum solennitate, id est, sine stola, psalmis, & orationib⁹: nec possunt

possunt excommunicagum in ecclesiam introducer: q. hoc est ordinis. vnde hoc faciēs est irregularis, scđm Inn. & Host. & Gul. nec etiā possunt mulieres post partum introducere in ecclesiā secūdū Ber. quod intellige cū psalmis & orationib⁹: possunt tñ introducere tñ præmissa cōfessiōe nihil dicēdo, nec stola viēdo.

XXXV. regu. Tēpore interdicti specialis quando ecclesia est specialiter interdicta, pōt in ea baptizari & chrismati: honestius tñ hoc fieri extra, propter suspicionem chrismatis.

XXXVI. regu. Sacerdos celebrās submissa voce & ianuis clautis tēpore interdicti potest habere secum vñū scholarē ad hoc deputatū ad ministrandum sibi, secundūm Innocen. de senten. excom nuper. de quo etiam per Archi. 11. q. 3. sicut Apostoli. Caueat tñ sacerdos ne vocet aliquos literatos laicos de sua parochia ad ministrandum, hodie istū, cras illū. &c. quia hoc effet in fraudē interdicti. Vñ solū magistrū scholæ, vel cāpanatorē, qui sibi cōsuevit ministrare, pro iunc tantūm habeat: & hoc sine sic cleric⁹, sive minister: & ipso recedēte pōt aliū substituere, dum tñ sit de loco non interdicto, secundūm Ioannē Calde. Si tamen laicus ministra sacerdoti, qui non fuit ante hoc sūns minister: licet non sit irregularis, tamen grauitate peccat: potest tamen sine dispensatio- ne promo-

ne promoueri, pœnitentia peracta. Vbi tamen sunt plures sacerdotes, melius fieret, si vnu aliter ministraret exclusis clericis vel campanatoribus, si commode fieri potest. Ista est intentio. Io. Calde. in suo tract. de interdicto.

XXXVII. regu. Tempore interdicti non potest sacerdos officium pro baptismo in sabbatho sancto facere cum solennitate. Christum tamen in die cœnæ potest confici. Nec etiam fiat benedictio candelarum in Purificatione; aut etiam palmarum in dominica, secundum Ios. Calda. nec consecratio ecclesiarum, altarium & calicuum: nec etiam viaticorum.

XXXVIII. regu. Licet tempore interdicti potest dari viaticum, id est, corpus Christi sanis datus ad mortem: non tamen in tristibus mare, vel pugnantibus in bello, aut obsecsis in ciuitate: nec etiam prægnantibus mulieribus partu vienisis: cum secundum Ioan. Cald. & Ioannem Andr. non possint in hoc casu dici decedentes: quibus solum hoc permittitur à iure. Sit tamen prægnanti mulieri imminet graue periculum ut quia per foetus in utero fortigata laborat gravi infirmitate, de qua verisimiliter timeat: potest procurari sacramento, dum tamen in fraudem hoc non fiat. Hoc videtur velle Ioannes Calda. dum dicit, nisi periculum immineat.

XXXIX. regula: Tempore interdicti potest verbum

verbū Dei omnibus indifferenter tamen interdictis, quā nō interdictis, quām etiā excommunicatis prædicari. de senten. excom. respōdeo. In dulgentiæ autē, quæ dantur omnibus audientibus prædicatione, excommunicatis & interdictis, propter quorū culpā latu est interdictum, nō sunt dandæ: cū earū capaces nō sunt, donec absolvantur, secundum dominum Aluarū: & vt etiā per hoc cōpungantur. Et potest etiā dari exhortatio: sed tempore exhortationis debent exire interdicti & excommunicati culpabiles, qui nō sunt capaces cōfessionis generalis, quæ ibi fit: & etiam cum exhortatio sit, non debet cum excommunicatis orare, potest etiā pulsari campana pro hortando seu vocando populo ad sermonem. tūtius tamen est dimittere pulsum, & dicere populo certam horam, puta primam velerteriam, qua conueniant.

Quadragesima regula: Tempore interdicti potest corpus Christi portari ad infirmum per sacerdotem cum cappa & lumine præcedētibus. Potest etiam dari in presencia astantium: vt dicit Ioan. Calda. Indulgentiæ tamen, quæ concessæ sunt sequentibus & comitatis corporis Christi, non sunt dandæ excommunicatis & interdictis culpabilibus. sed alijs omnibus, qui non dederunt causam interdicto, secundum Aluarum & Ioannem Calda. quæstio. 27.

XLI.regula:Licet tempore interdicti clerici non sepeliant aliquem proprijs manibus: item si permittant solu intercedere, & sepelire in cœmæterio:incurrūt penā cle. eos q. de se. pul. licet excommunicationem ipso facto. Et si sunt exempti, etiā adhuc est suspensus ab ingressu ecclesiæ: vt de priui, episcoporū.lib.6.

XLIIL regula:interdicto loco quandiu quis ibi morabitur , ipso recedente relaxabitur : & non est necessaria alia relaxatio : vt de vñs. capitul. r. in gl. quandiu.lib.6.

XLIII.regula:Interdicta terra alicuius dominii:intelligif de terra,quæ est sua quo ad dominium iurisdictionis: & quā tenet in feudū vel emphyteusim:& quā habet nomine dotis uxoris suæ:& illa,quā habet in vñsumfructū. Sed pignorata nō intelligif, si dicitur:interdico terrā tuā. Secus si dicitur:terrā istam,quā tenes in pignore:vt si haberet terras in diuersis prouincijs p parte & pro indiviso:omnes illę panes subiacet interdicto. & si terrā istā vendidit vel perdidit:nō propter hoc tollitur interdictum, sed si nouā acquirit:illa non intelligitur interdicta. Huc Ioan. Caldarinus quæstio.28.

XLIVIIL regula: Si clericus tempore interdicti interest diuinis ex quadam simplicitate, non est irregularis, sed si facit contemnendo vel præstanto authoritatem,vel faciendo co-

ram

rā se celebrare : est irregularis, secundūm Io. Calda.q.29.

XLV.regula: Interdicto collegio seu vniuersitate, postea factus aliquis de vniuersitate interdictus censet, secundūm Io. Calda. quæst.19.

XVI. regu. Cleric⁹ nō seruās interdictum, vt puta celebrās in loco interdicto sc̄iēter,vbi cūq; irregularis efficit, & est suspensus. de clericis excōciato ministrāte postulante, paragrapgo vlt. de sent. excō. is qui.lib.6. Et hoc teneas se cūdū Arch. r. q. 3. si quis, etiā si nulla sententia sup hoc sit lata:vt de cle. excō. mini.apostolice. & de postu.præla.c.2. Qui enim celebrat in loco interdicto nō à canone, sed à latore: intelligif esse suspensus. Vñ cū sit irregularis: nō pót disp̄fari cū eo:vt dicit ibid. Arch. Taliis etiā nō pót eligere nec eligi:vt de cōsuetu. cū dilectus.paragrapgo, ga nobis,& in.d.c. is qui. Nec postulā e.de postu.. Nec beneficia cōferre.de cōces.præb. qa diuersitatē. & de exc̄. prel. qa rāta. imò remouēdus est à suo bñficio.de cleri.exc. mini.postulasti.paragra. vlti.

XLVII. regula: Celebrans sc̄iēter in aliqua ecclesia,quæ non propriè dicif indirecta, sed potius violata seu polluta ferme aut sanguine:nō incurrit irregularitatem.de sent. excō. is qui.lib. 6. vñ talis graviter peccat: vt ibi dicit. Itē Gul.in Spe.tit.2.paragr.iuxta pposi-

C 2 titionis.

tiois.ver. illud quoq;. & Ber.de priui. tuarum in gl.Idē dicit Gul.Si episcopus ppter patro- norum discordiam clauserit ecclesiā: celebriā in ea nō fit irregularis. Secus si dicatur: interdi- co talem eccleiam: quia tunc fit irregularis.

XLVIII. regula: Celebrans in ecclesia non interdicta præsentibus psonis interdictis vel excōmunicatis: licet grauiter peccat celebrādo corā eis: nō tamē fit irregularis: quia hoc nō habetur in iure. Sed tamē talis secundūm Archi. quæst. 3. sicut Apostoli. céseri debet si- cut ille qui cōmunicat excoicato in oratione qui tantū minori excōmunicatione est excō- municatus, & de isto cōsta: quia nō est irregu- laris vt de clericō excommunicato ministrā- te. capit. si celebret. Nā hæc interpretatio siue extēlio de irregularitate, non est facta vsq; ad excōmunicatos siue celebrātes corā excom- municatis: imò ecōtra statutum est q; nō sunt ir- regulares. Et cum ista irregularitas nō sit nisi per constitutionē ecclesiæ, & de celebrātib; coram excommunicatis nō sit statutum quod sint irregularēs: non debent haberī pro ir- regularibus, secundūm Innocent. qui ita nota- uit de excō.praela.c.fin. Si tamē talis ingerat se secuādō officio suo sicut prius, erit irregu- laris: vt dicit gl.r.de senten. excō. is qui.lib.6.

XLIX. regula: Si publicē excōicatus vel interdi-

interdictus propter culpam, intrat ecclesiā: oēs debet exire, si cōmodē potest expelli. 14. quæst. 1. omnes qui. &. ii. q.3. sicut. in gl. si ergo. Sacer- dos tamē ppter ea nō dimittat missam inexpli- tā, si iā incēpit canonē: q; deber cōmunionē cū sequētibus orationib; in sacrificia sumere. Si autem occultus sit ille, q; scit eū, solus caute exi- re debet: ita tñq; criminē nō pdat. facit ad hoc. 6. quæst. 2. si tantum & q; ibi nota: ut in.j.glo.

Quinquagesima: regula: Quilibet quantū- eunq; exēptus celebrans sciēter siue in loco in terdicto, siue corā personis interdictis ab ordi- narijs, de legatis, vel à iure: similiter recipiens interdictos publicē ad diuina officia siue sa- cramenta, siue sepulturā: est interdictus ab ingressu siue ecclie vltra aliās pœnas in iure positas: vt de privilegijs.ca. episcoporū.lib.6. Et si se in- gerat officio suo sicut prius: fit irregularis: vt de sen. excom. is qui.lib.6. Et non intellige q; isti sic delinquentes in omnib; p̄dictis calib; tātū puniant pœna interdicti ab ingressu ec- clie: sed q; vltra pœnas aliās ista eis inflig- tur, vnde licet celebrans in loco interdicto (vt suprā dictū est) in casu non cōcesso, sit irregu- laris, de sen. excō. is qui.lib.6. tamē vltra illam pœnā irregularitatis prohibetur sibi ingressus ecclie: quod nō fit alijs irregularibus. Simi- liter celebras corā excommunicato vel interdi-

etō publicē:licet nō sit irregularis prima vice,
tamen̄ incidit in excommunicationē minorem
de cleri, excom., ministrante. si celebret. Vnde
posset p̄cōnitentia peracta post hoc ministrare
in ecclēsia, si nō est p̄cōna istius capituli: quēta
mē obstat eis: quia tales nō possunt ministrare
in ecclēsia, quantūcunq; p̄cōnitemant: cūm nūl-
lōminus est eis ingressus ecclēsiae interdictus,
donec de trāsgressiōne huiusmodi, ad arbitriū
caus sententiā contempserunt, satisfaciantō
petenter. Licet autē ista procedat quo ad ex-
ptos, vt dicunt quidam: ratiōne quo ad illā pānē
scilicet de admissione divinorū. Ioannes mo-
nachus, Archidiaconus, & Ioānes Andr. in No-
uella, dicunt non exemptos non ligari ista po-
na. Vnde ipsi volunt quod nōl exemptus ad-
mittens interdictum ad diuina officia: non in-
currat hāc p̄cōnā: scilicet vt non arceatur
ingressu ecclēsiae, licet peccet grauitate, vt dicit
est, quod l probat lo. And. in nouella dicti ē
ep̄. scoporum. cōcludens post multa q̄ ex quo
non potest exemptis suffragari, ignoſcantib⁹
ſc̄entes q̄ oculus ipsorū nequani nō erit: cūm
etiam habeat maiora remēdia pro minore ſu-
per abſolutionib⁹ & dif. etiacionib⁹ ipsiſ ab
apostolica ſede concessā: & compromiſſione
q̄tē facilē ſuis maioriſbus circa talia fieri ſolit.
Hacten.

De int-

¶ De irregularitate.

Ad habendā aliquā notitiam de irregula-
ritate, notādæ ſunt aliq̄te regulæ, prius
premissa b: cui descripūe irregularitatis. Scie
dū igitur eſt quod irregularitas eſt nota, id eſt,
infamia vel impedimentum canonici exvitio
ſeu defectu proueniens: qua quis prohibetur ad
ecclēſiasticos ordines promoueri, & in eisdem
ministrare. Ita definit Gulielmus Durādus in
Speculo, titu. de dispēſationib⁹. paragrapho
iuxta propositionis. Dicitur autē canonici im-
pedimentū: quia ortū habet à iure canonico, li-
cet incepit à veteri testamento quo ad alii-
qua: quia dictum eſt Dauid, Nō ædificabis mi-
hi tēplū: quia vir sanguinis eſt. I. Paralip. 28. c.
& in cano. 46. distin. hinc etenim. vbi habetur
quod in Leuitico etiam multi à facerdotio re-
pellebantur propter defectus naturales, ſicut
propter ſcabiem & gibbositatem, &c. Et dici-
tur irregularitas ab in, quod eſt sine, & regula:
quaſi contra regulam ecclēsiae natuſ: ſine pro-
pter factum vel defēctu extra ecclēſiam po-
ſitus. Sumitur autem tripliciter. Primō pro de-
fectibus, qui ſunt in homine ſine peccato puta
qui eſt bigamus, vel maritus viduæ, vel illegiti-
mus, & buiſuſmodi: vt de renuntiatio. niſi cum
prideſ. paragrapho, personæ.

Secundō dicitur irregularitas personæ,
C 4 vbi ge-

408 DE IRREGULARITATE.
vbi generaliter prohibetur quilibet ordinari,
vel celebrare in ordine iam suscepto sine dis-
pensatione domini papæ: ne patiatur defectu,
&c. de quibus infrapatebit.

Tertio dicuntur irregulares omnes illi, qui
non possunt remanere in suscepis ordinibus
nec ad maiores promoueri etiam post acta poe-
nitentia sine dispensatione domini papæ & a-
liorum prelatorum, de quo dantur regulæ.

Prima regula: Omnis furiosus, ebriosus, illi
terus, impudicus, percussor, litigiosus, neophy-
tus, & generaliter quilibet in membris natura-
libus defectuosus, irregularis est ad sacros or-
dines suscipie nos. Pater hoc in decret. latè in
cipiendo à 26. distin. vñque ad. xlix. per totū
vbi ista singulatim probatur. Secunda re-
gula: Accusans vel deferens aliquem de crimine
pro quo pena capitis debet vel truncatio me-
bri, irregularis est. .q. 6. delatori. &c. 6. q. i. in
summa de accusa. accusasti.

Tertia regula: Percutiens aliquem sine in
propria persona, sine per alium eius mandato:
si sequitur inde homicidium vel membrum mutila-
tio: si hoc facit absque ineuitabili necessitate,
irregularis est. de homici. presbyteri. &c. Pe-
trus. l. distin. minor.

Quarta regula: Pe- cutiens absq; mortis pe-
niculo, vel sanguinis effusione vel trucatione,
habens

DE IRREGULARITATE. 409
habens ad hoc potestatē, nō est irregularis: vt
de rap. in archiepiscopatu. &c. 13. quæst. 8. sepe.

Quinta regula: iudex, auctor, vel procurator,
notarii, siue dictator vel promulgator si in mé-
bris secuta est mutilatio: irregularis est. l. dis-
si quis ne cleri. vel mona. sententiā. de homi. po-
stulatis. l. dist. c. primo. Et generaliter purga-
tionem vulgarem: quæ fit in torneamentis vel
alio mō, & quicunq; vindictæ sanguinis autho-
ritatē, benedictionem, seu patientiam sui exhi-
bentes irregulares sunt de excessu. p. ex literis.

Sexta regula: Licet clericus nō debeat inter-
esse vindictæ sanguinis: si tñ ex sola curiosita-
te vel leuitate interfuerit vbi latro suspeditur:
vel vbi q̄s ī duello occidit: licet peccet grauiter
nō tñ sit irregularis, si nec auxiliū, nec consiliū
vel autoritatē præstiterit, secundū Guliel. ī Spe-
cu. tit. de disp. paragrapho iuxta ppositionis.

Septima regula: Iudex vel officialis seu ad
uocatus qui tractauerūt causam criminis, dan-
tes operam vt sanguis effunderetur: licet nec
mors nec sanguinis effusio fuerit subsecuta ir-
regulares sunt. Potest ramen in talibus per epi-
scopū disp̄sari, secundū Guliel. Similiter cū il-
lo, qui nō ex officio suo, sed ex odio dedit ope-
rā, & fecit quod potuit vt occideretur: non ta-
men occiditur, vel mutilatur. indiget enim ta-
lis dispensatione, secundum Gulielmum.

O&t;uo

Ottava regula: Exercens artē chirurgia: si ppter imperitū & negligentiam eius sit mors subsecuta ab incisiōe, adustiōe vel potiōe quā dedit infirmo: irregularis est: vt de homi. c.tua. paragrapho. 1. Si tñ peritus existēs phlebotomat sanguinē, vel fecat, adhibēs omnē diligen tiā nō est irregularis, etiā si mors fuerit subsecuta: qā potius p̄tūmūtur catū, & culpa patientis eueniſſe. 2; quāst. 3. de occidēndis. Secusū per eius negligentiam. secundūm Guliel.

Nona regula: Licet laicus exercēs artē chirurgiæ, nō sit irregularis, si propter eius in curiā multi obierūt: cleric⁹ tñ si sub eius cura ali. qui etiā p̄ter eius culpā obierunt: irregularis est, secundū Inn. qui hoc notauit in ca.tua. de homic. ne cleri. vel mona. sententiam.

Decima regula: Extrahēs sagittā vel telū vel gladiū infixū corpori alicui⁹: si ppter hoc vulnerat⁹ citi⁹ moris: irregularis est. de homi. wa.

Vndeциma regula: Custodiens infirmum, & dās ei bibere imperitē, vel aliquid aliud cōta cōsiliū medicorum faciens, propter qā mors sit subsecuta: irregularis fit ppter imperitiam & negligentiam dissolutā. Si tñ quis facit bona si. de circa ægrotū: nō debet esse facilis ad faciē. dam cōscientiā scripulosam, quāuis in aliquo sit erratum: si ibi non sit lata culpa cum negligētia dissoluta, quā ppe dolū est: & huiusmo di scru-

di scrupulū de facili deponere debet ad consilium sapientis. Si tamē tā a culpa fuerit, vel negligētia dissoluta, & certū est quād mors sit inde subsecuta: irregularitas cōtrahit. Si vero nō sit certū, tunc distinguendū est. Aut enim dubitatur p̄babilit̄ secūdū iudiciū medicorū, & tunc abstinentiū est ab officio. Si autē nō dubitatur: tūc, deposita erronea cōscientia, poterit administrare, & etiā promoueri. aliās nō secūdū Raym. I. dist. hi, qui arbore. &c. t̄ape. Et secūdū quosdā folus papa cū talibus dispensat.

Duodecima regula: Consulēs aliquid vnde sequitur homicidium: irregularis est: vt si suavis factū ballista, machinæ, vel lapidis, vel quād quis iret ad capiendū castrū, qā capi nō potest sine hominis morte: si inde sequit̄ mors: ex illo cōfilio irregularis est, secundū Guliel. Item si facit vel cōsult̄ furtiū vel p̄ditionaliter capi castrū: si mors inde sequit̄: irregularis est: quia debuit verisimiliter p̄sumere hoc euenire posse. In talibus enim punitur, qui remotam causam homicidio dedit, sicut qui propin quam: vt notatur de homicid. c. presbyteris.

Tredecima regula: Mandans aliquē verbētari: si vei berans occidit vei beratū, irregularis est, qā mādauit, nisi exp̄ressisset ne occideretur: de homi. significasti hodie. de homi. is qā mandauit. libro. 6. in fin. vlti. glossa. Secus tamen de illo,

412 DE IRREGULARITATE.
de illo qui consulit aliquem capi: ut puta male
factore: quia tunc non sit consulens irregularis,
etiam si capiens occidit illum: quia hoc non consu-
lit. argu. de homi. c. f. Absit enim ut ea, que p-
pter bonum facimus, si praeter voluntatem nostram
quicquam mali acciderit: nobis debeat impura-
ri. 23. q. 6. de occidendo. Seper tamē fit irregu-
laris dans directe consilium in morte alterius: ut
ne cleri, vel mona. sententiam. Nec interest, siue
is cui datum est consilium, statim fecerit homici-
dium, vel etiam diu post: nisi prius consilium reuoca-
uerit, & contrarium suaserit: ut de homi. Petrus.
In modo si firmiter & probabilitate credat quod post re-
uocationem consilium non reuocetur is, cui datum
est consilium à proposito occidendi: necesse est
ut denuntiet illi, de cuius morte tractatum est, q
caueat sibi. In eo autem qui mandauit per te fie-
ri homicidium: videatur sufficere, si consilium man-
dat tamē. de regu. iur. omnis res, vel si sciente
eo is, cui mandatum est, iuit ad eum occiden-
dum: ut. 22. quæst. 1. omne quod. vel parætelam
vel amicitiam cum eo contrahat, licet ei hoc non
significauerit: quia qui est certus, certiorari non
debet. de elect. inter vniuersas.

Quartadecima regula: Consulens alicui ut
occidet aliquem, si p[ro]p[ter]e cui consultum est oc-
cidere, occidatur ab illo occidendo: secundum
opinionem mitiorem non iudicatur illi con-
sulens

DE IRREGULARITATE. 413
sulens irregularis. Ratio: quia fines consilij ex-
cessit ex quo egressus est ad occidendum, nec sibi
benè cauit: nisi excitaret eum ad occidendum aliū
forte in tali casu ubi periculum esse posset: nunc
esset irregularis, etiam si is, qui consuluit, occi-
datur, secundum Gul. ubi supra. secundum rigorē
tamen iuris hodie talis consulens irregularis
est, per loan. And. in nouella. de homi. is, qui
mandauit. lib. 6.

Quindecima regula: Si quis suadet alicui
quod paria vel proximo suo, vel p[ro]p[ter] iure suo
vel p[ro]p[ter] iure ecclesiæ suæ periculo se exponat:
non ob hoc sit irregularis, etiam si ibi moriat. 23.
q. 3. p[ro]m[er]bris. &c. c. seq. Si tamē sciret vel crede-
ret eum ibi moriturū: tunc videat quod fiat irregularis,
secundum Gul. Si autem cōsulat, quod indubitate
mori se exponat pro honore Christi, vel fidei,
vel statu ecclesiæ: non sit irregularis, et si mors
inde sequatur. 21. quæst. 1. sunt quidā. 11. quæst.
3. non solum. Hæc ratione excusatantur inquisi-
tores hæreticæ prauitatis, sciétes quod statim
postquam aliquem pronuntiauerint hæreticum esse,
ille morti tradetur: hoc etiam alias rauti multipliciter
procurando. Ad hoc etiam accedit. 23. quæst. 8.
legi. & quæst. 5. si audieritis. Illi tamē clerici,
qui portauerunt ligna causa indulgentiarum
ad hæreticos comburendos, irregulares sunt:
nec cum eis dispensatur nisi per papam.

Sextadecimia regula: Dás operá rei licite, vt puta edificádo ecclesiā vel domū, adhibita oī diligētia, quā potuit habere, si occidit ali- quē casualiter: nō efficif irregularis. Si tñ dat operā rei illicitā, nec adhibuit: omnē diligētiā quā debuit, fit irregularis: vt de hom. lator. &c. ex literis. &c. sicut dignū. &c. presbyte- rū. &c. cōtinebaf. &c. ad audiētiā. Hinc est q̄ medico operāti secūdū regulas artis sūc nō imputat ei, si quis sub eo morit. Sed si negligētiā cōmisit: cōsulif sibi vt nō p̄moucas ad or- dines, de quali. ordi. ad aures. Sed quid de illo medico, qui vertit infirmū ad alind lat⁹, vt ci- tius moriat? Respondeo quod irregularis est tam ipse, qui fecit, quam ipse, qui consuluit, si ex hoc mors fuerit subsecuta: qua fortē via an- helit⁹ præcludif, vel apostema rūpif ex violē- tia motus, vel suffocatur. Si autem non citius moritur ex hac causa, non fit irregularis: sed pœnitere debet de facto. Decimaseptima re- gu. Nō solū est irregularis quis si ex ei⁹ pcul- siōne est mortu⁹ aliq̄s, sed etiā si ex hac pœnasio ne infirmitatē cōtaxit vñ mortu⁹ est: vt de ho- mi p̄presbyterū. &c. ad audiētiā. &c. dist. stu- deat. Decimaoctava regula: Defendēs se in casu euitabili, & occidēs aliquem: irregularis est. l.di. si qs viduā. & talis ad superiora nō a- scēdat: & i susceptis nō facilē dispensat. Sed si
necessi-

DE IRREGULARITATE. 415
necessitas fuit ineuitabilis: datur cōsiliū ei vt nō ministret. l.di. de his clericis, nō tñ ppter hoc depositis: imò in suo ordine administrans tolerat de iure cōmuni absq; dispēsatione, se- cundū Lauren. l.di. quia tua. Sic loquif de ho- micid. c. 2. put psequitur ibi Host. Et qdā di- cunt episcopū posse in tali casu dispensare: li- cet hoc nō possit secūdū Io. de Deo, q̄ dicit so- lū papā hoc posse. Hodie dicif simpliciter ir- regularitatē nullum incurrere ille, qui perso- nam suam defendendo in casu ineuitabili oc- cedit. de homic. si furiosus. in Clemen.

Decimanona regula: Infans, furiosus com- mittēs homicidiū, nō est irregularis: vt in cle- furiosus. de homic. Idē est de dormiēte, si ali- quā occidat, qui tamen nō habuit propositū occidendi eum.

Vicesima reg. Potēs hominē liberare à mor- te & nō faciēs, irregularis est: qua q̄ pōt defen- dere, & nō defendit, occidit: de homic. c. sicut dignū. qd̄ intellige secū. gl. c. 4. de sent. excō. de illo, ad quē ex pōtestate, ex officio vel di- gnitate p̄met realiter defendere, & nō simpli- citer de quoq; q. Vnde dicit ibid. gl. q. si ego non habeo aliquā pōtestatem, & video quod aliquis vult v̄berare clericū sine auxilio meo aut consilio: nō credo quod sim excōmu- nicatus, si nō prohibeo illum: licet aliās fortē
peccem

Vicesima prima regula: Retrahens à proposito liberandi hominem à morte, irregularis est: quia quodammodo indirectè homicidium commisit. l. distin&t;. si quis viduam. & de pœni. distinc&t;io. i. periculose.

Vicesima secunda regula: Percutiēs animo occidendi latronem: si ex aliquorū vulneribus latro obij, irregularis est: vt colligitur de homicid. significati. i. c. Idē etiā si ob percusisit, sed aliquid operis impedit in morte ei⁹: puta quia latrone detinuit, vel cōtra eum clamauit. alio autē si clamasset cōtra eum, nō in morte eius, sed quod caperetur, vel detinuit eum, vel se leuem ostendit, irregularis nō est de morte eius: vel etiā sit in neglectu: aliás si malitia eius patretur homicidium: & idē si negligētia eius committatur. l. distin&t;. hi qui. Et ideo si clamat contra latronem, siue eum capiat: si alius quocunq; modo potuit intelligere, & ex clamore suo vel alio actu homicidiū sequit irregularis est: nisi fortè faciat propter periculum corporis sui: vt si videt q̄d aliquis eum occidet vult: tūc em̄ pōt bene inuocare & clamare pro auxilio: quia non intendit in aliorum morte, sed in suam liberationem. Secus si hoc faciat propter periculum rerum suarum, si fugae praesidio euadere potest: de homicid. suscepimus.

Vicesima

Vicesima tertia regu. Cleric⁹ ligās cū socio latronē, si postea timēs ne occidat à latrone, ipse poti⁹ occidit: est irregularis. de homi. vbi suprā. Vicesima quarta regula: Si cleric⁹ non valens aliter recuperare res suas: tenet furē ne cū rebus fugiat, donec eum exhibeat iudici, vel ei⁹ auxilio innocet ad res suas recuperandas: non est irregularis, licet postea fur à iude ce puniat: dum intentio eius non sit corrupta intendendo ad furis morte vel mutilationē, &c. Idem diehdū est, si clericus credit vel tradit seculari potestati latronem petens q̄d eum puniat circa sanguinis effusionē: vel petens rē subtrahēta sibi restituī: si potestas in latronem animaduertat, id est puniat eū morte, nō propter hoc clericus erit irregularis: vt de homic. delatores. lib. 6. nec etiam nocet illi, si ad conuincentiū latronem tradidit intersignia. Et idem si simpliciter deponit querelam de iniuriantibus sibi & ecclesiæ suæ: quāvis tales vix absque sanguinis effusione valeant coarctari. de homi. tua nos. paragraphe, vlti. &c. pestulasti. 2. q. 4. M: ximianus. & quæstione. 5. capit. quinto. & cap. vnum. & cap. pœne. Et hæc omnia vera sunt, quando nō intendit ad mortem, nec hoc in animo gerit: sed protestat publicè q̄d circa sanguinis effusionem castigetur: non est ergo irregularis corialiter agens

D contra

DE IRREGULARITATE
contra furem, non criminaliter ad mortem sanguinē: licet cū iudex causa probabili sūdet ex officio suo: vt de homici. postulat. Et quovlerius patet q̄ uilus notā irregularitatem incurrit, qui per extortores siue exactores cuius curiæ cur auit aliquē capi propriet delictum tale, propter qd nec mori, nec matutin posset: licet index inuenies eū alia cōanissi propterea iuspedit eū: si tñ nec ille credidit, nec cogitauit illud contingere posse.

Vicesimaquinta regula: Si iudex officialis insequitur furem fugientē, & querit à me uiderim illum: & ego sciens q̄ fur ille ad mortem queritur, instruo eum: si per meā respirationem fur inuentus est & occisus, sum irregularis. Secus si nec sciui, nec iuspicar sum qd mortem vel pœnā sanguinis queritur. Vnde consultitur in casu hoc cū aliquis fecit aliquo ad mortem quelibet fugere non posse, nisi per alteram de diababus vijs, non debet dicere, p̄ hanc non fugit: quia sic proderet eum per alteram fugientem: sed aut taceat, aut querat curialiter euadat, dicendo: Nunquidq̄ custos illius sum: vel alio modo.

Vicesimafesta regula: Si clericus quiq̄ ad res suas recuperandas, ex post facto ratiō habet qd suspensus latro est, & hoc sibi placet si talis nullum consensum habuit in monitu illius:

illius, nec quicquā cooperatus est: nō est irregularis, secundū Guli. Et hoc si gaudet quod maleficū est punitum: non autem persona: cū secundū ipsum irregularitas ex homicidio solo non conitrahat, nisi culpa vel voluntas precedat, vel scādalum sequat: vt notatur. s. o. dist. hi qui. & de homicid. ex literis. &c. verunt̄. Hodie verò iure cautum est quod si quis absq; mandato meo manus violentas iniecit in clericum meo nomine: si hoc ratiō habeo, excommunicatiois canonem incurro: & hoc propter ratiōhabitionem, que retrotrahit, & mandato comparatur. Si autem hoc meo nomine noui esset factum, licet ratum haberet: peccarem, sed non incurrerem excommunicacionem, vt dicitur ex prefē in. c. cū quis. de sent. excom. lib. 6. Vt hoc intelligas, pono tibi catum: Aliquis amic⁹ vel seruitor tuus sciens aliquē clericum tibi fecisse iniuriam verbalem vel realem, percussit eum: quem tu postea receptando magis amicum habuisti, vel ganisus es: & hoc factū com mendasti vel laudasti: tu es excommunicatus propter ratiōhabitionem, ac si mandasse. Sed si unus extraneus percussit clericum, & tu audiens gratum habes, & gratularis de hoc: licet non es excommunicatus, tñ peccas, ad minus veniāliter, secundū Iean. Andre. in Ncuella supradicti cap. cū quis. lib. 6.

Vicesima septima regula: Si quis mādatapi vnu clericū de tribus simul incidentibus alios duos nō grauari: sed mādatarius exē fines mādati, alios duos capiēd: iste māda non erit excōicatus, secūdūm Io. de Deo. 3. suarū quæstionū. q. 14. Et ratiō est: qā cap cōtra voluntatē ei⁹ est facta. Petri⁹ mī de San prana alijs Sansona. putat qđ de clāno ut quod illi passi sunt. de iniurijs. c. fi. 23. q. 3. p̄t̄rēa. Ex hoc iserf qđ simile dē irregularitate qđ irregularitas ratiōe homicidij nō cōval folia volūtate. & si homo actū occidat. de b. mici. sicut dignūt. paragrapho. 1. vbi de hom glo. ex corde. . . . q. 1. si quis irregularis prop solū homicidiū: nūculpa vel volūtas p̄dat. vel alijs sequat scandalū: vt notaſ. l. dhi qui prioris. de homi. ex literis. de clem̄grot. tua. Ex h. c dicto soluitor quæstio. q̄teritur an clericus. qui volebat interfic hominē. sel nō potuit. quia inuenit eū mortuū. sed volēs nihil min⁹ satisfacere a ſue. amputauit caput mortui. fit irregularis. Dicendū qđ licet volūtas occidēdi fuit: nō est irregularis ſedm. Arc. 15. q. 1. si quis. Ra quia adhoc qđ homicidium committatur. quiritur quōd ho. no animatus occidatūs homicid. sicut dignum. 32. quæſtion. 2. Mo ſep̄t̄.

ſes. vbi abortus ſcetus inanimati non imputatur ad homicidium: ſicut etiam notant Alu arus. Inno. Bernar. de homicid. ſi aliquis.

Vicesima octaua regula: Si qđ in rixa mor tuuſt. nesciſ tū qđ illum intei fecit. licet ſcdm quoſā. ſclz Ioān. omnes irregulares ſunt quo ad promotionē ad ordines ppter incertitudinem. vt. 23. q. vlti. c. fin. nū probabilius eſt qđ in in tali caſu quilibet ſuꝝ conſcientia eſt rel nquendus ſecundūm Guliel. in Speculo. & Hoc ſtu. in Summa. de homi. paragraph. qua poena.

Vicesima nona regula: Si amici mei occidunt aliquem mihi iniurian: emi me inuito. & cōtra meā prohibitionē: mihi nō nocet: vt de homic. Petrus. 3. q. 3. quia p̄ſulatus. Idem eſt ſi me ignorantē. de ſimonia. nobis. &. c. de regularibus. Sed si turbata conſcientia ſit. puta quia non expreſſe conſenſi nec cōtradixi: imputabitur. argum. de ſimonia. Matthæus. In d etiam dicunt quidam qđ ſi ſciens contractum de morte habitu non reuelau: non ſum irregulatis: quia homicidium non commiſi facio. mandato. conſilio. vel defenſione. l. diſtinct. ſi quis viduam. & de homi. Petrus. Alij dicunt contra. ſi credidi qđ non obſtantē mea prohibi tionē vel intiuitu interficeretur. & hoc eſt tenendum. Nam in tali caſu tenebar reuelare illi. contra quem contraelum eſt.

Tricesima regu. Si aliquis vadit ad interficium aliquem, & tu ei scienter cōsentias: non tū cū incitas ad homicidium ppetrandū, nec cū sup hoc aliqua verba habuisti, vel si habuisti semper ex animo hoc ei dissuasisti: sed cū nolle tibi acquiesceret, timens de ipso, eū associari pposito, vt si forte eū q̄s inquireret, defendat & tunc homicidium ppetrat: verē irregularis scđm Hosti. ad qđ facit de homi. sicut dignus paragrapho, illi qui. Tricesima primita regula Cleric⁹ ministrās arma pugnātib⁹, si aliquis interficiſ, irregularis est: aug. 23. q. i. nisi bella, c̄ fi. Nō nomine autē armorū intelliguntur fustes, lapides, ligna, &c. Tricesima secunda regula: index ecclesiastic⁹ pōt hortari brachia s̄eculū cōtra violentos & hæreticos vel paganos, nec vt occida: vel mutilet, sed vt de terris fidelium expellan̄: nec etiā est irregularis, si aliqui hiū inde sunt occisi. 23. q. 5. de occidēdis. & 23. q. 9. Maximianus. imò scđm Inn. de homi. perit. licet aliquis in bello iusto aliquos p̄cussere, tamen inde nullus est mortuus, non sit ex hoc irregularis. Idem si quis accedit ad bellum iustum causa pacificandi, vel ex alia iusta causa licet ex eius p̄senta aliquod robur acrevit suis, vel timor incutiat aduersarijs: non est si imputandum, dummodo dolus & etiam laue negligentia absit omnino, secundūm Guliel.

Tricesi-

Tricesimatercia regula: Cleritus, qui interest iusto vel iniusto bello in armis, vel sine armis, si aliqui sunt hincinē interfici, irregularis est, licet ipse non occidat. 51. dist. si quis. 13. 9. 3. pōrto. 23. q. vlt. quicunq;. 1. q. 1. cap. fn.

Tricesimāquarta regula: Clericus defendēs se vel suos, licet tunc ex defendētibus aliquis interficius est ex aliqua parte, nō est irregularis: vt illi qui non interficerūt, nec imperfecto res adiuvabāt: nō sunt irregulares, licet voluntate occidendi habuissent quia lex promotois factum requirit. 15. q. 1. si quis non iratus.

XXXV. reg. Clericus in bello iusto qđ nō ad occidēdū, sed ad defendēdū gerit, ministras sagittā ballistatio suo ad sui defensionē: si ille ballistari⁹ quē interficerit, sed ille cleric⁹ nō intēdebat qđ ille aliquē interficeret, sed qđ illos detinueret, & sua defendisse: aut recū p̄erasset: nō est irregularis, secū. Gul. Idē dicit de illo, qđ in bello iusto p̄cipit⁹ fuit exercitū, & sumptus facit, & cū clā disponit: si forte eū cōtingat lāceas vel sagittas emere & ministrae, & ad exercitū, vel ad custodiām castri mittere: vel si hortari ad currēdū post hostes: vt eis p̄tela hominū vel animaliū auferat, & tūc forte aliquis interficeret, dūmodo solūm intēdit ad recuperationem p̄rēdā, non ad vindictam: talis enim causa remota non nocet.

D 4 Tricesi-

Tricelmasexta regula: Qui mulieri facit cōcipere vel generare vel post conceptū partere possit, & qui pregnantē mulierē percutita φ̄ facit abortiuū: si fœtus iam fuit viuificatus, irregularis est. Sed si nondū fuit viuificatus: solū mortaliter peccat. de homicid. si alius. 2. q. 5. cōfūluit. Vel si probabilit̄ dubita vel credit an sit mortuus vel viuus fœt⁹ ex illa percussione, vel vtrū conceptus fuit animatus vel non: in tali dubio debet à p̄motione & i ministerio abstinere, nec periculo se cōmire. Si verò leuc̄ vel temerariā haber opinione deponat eā si potest: & sic poterit promoueri & administrare: aliās non. arg. de sentē. excō inquisitio, & de simo. per tuas. 2.

Tricelmasextima regula: Licet clericus aliquem occidēs pro defensione rerum suarum, irregularis est. de homi. suscepim⁹. (vbi dicit, post tunicam relinquendū est pallium: & melius est terū iacturam pati, quam p̄ o seruandis vilibus reb⁹ ac transitorij acriter in alio exardescere) clericus tamen personam p̄priā defendendo, necessitate ineuitabili repellens vim vi, cum moderamine inculpatæ tutæ percutiens aliquem: si inde mors sequitur non imputatur ei: vt notatur de homicid. significasti. 2. &. 3. & capitu. interfecisti. Vnde dicit Archid. 23. q. 3. c. 1. quod clericus etiam interficeret

ficere potest, vt non interficiatur: arg. de furt. c. 3. dū tñ hoc faciat pro persona propria, hodie exp̄sē in cle. si furiosus. de homi. Et dico personā propriā. nā secus est secundūm Io. And. in Nouel. super cle. si furiosus. de homic. si non valēs cuitare mutilationē, licet morteni possit cuitare, mutilauit vel occidit aliquē in uasorē. Et idē si aliter nō valēs saluare resuas, eū occiderit, qui deportare volebat. secus etiā secundū glo. dīct̄ cle. super verbo, suo. de illo qui occidit illū, qui occidere volebat patrē, filiū, coniugē, vel personā coniunctā: quē aliter iuuare non potuit. Quod putat Io. And. quasi casus ille nō includatur sub necessitate ineuitabili. Intelligitur autē necessitas ineuitabili secundūm Io. And. ibidem. super ver. nō valēns. vt quia angustiatus erat. vel sic arctatus φ̄ fugere nō poterat, nec clamore iuuari. Intelligit autē cū moderamine inculpatæ tutæ, si fiat ex incontinēti, nō ex interuallo & cā defensionis, nō vltionis: & si æqualiter se defendat, sicut infestatur: vt si gladio pe. cutif, & ipse gladio p̄cutit: vel si ligneo baculo, & ipse econuerso baculo ligneo, aut ferreto baculo percutitur, & ipse econuerso ne amplius p̄cutiatur ad mortē. Si autem percutiat paruo ligneo baculo, à quo non timeatur mors, vel de pilaf, vel per vestem trahitur: & ipse repercutiens

ties ferro occidit suū iuasorē, irregularis est quia nō est moderamē inculpatæ tutelæ, debuit em̄ se moderate tueri, & nō excessiuē ultra violētiā sibi illatā, aut si p̄cussus est semel, & sic dimissus est, nec vlt̄ se credit peccati īcōtinēti repercutit, & occidit: irregularis est. Nā nō debet occidere iuasorē, ex quo ab eo nō credebat se occidi: vnde excessit in moderatione: quia p̄ vna p̄cussionē nō lethali occidit. Hac omnia colligūtur in glo. capi. signifasti. iij. de homicidij.

XXXVIII. regi. Pr̄lat⁹ spiritualis habēs iurisdictionē temporalē in suo dominio, si sur latro deprehēsus in furto vel maleficij s adduci ad pr̄sentia ei⁹ & peti⁹ puniri iuxta cōgnit⁹ sui excessus: nō debet ipse p̄sonaliter de hoc cognoscere, iudicare, aut sententiare: sed debet hoc cōmittere suo procuratori dicēs ista verba. Fiat iustitia: ḡnialiter, nō defecēdē specialiter qua morte fit moritur⁹. ne cleri, vi mona. ca. vlt. lib. 6. Nec p̄ hoc etiā irregulari si sequi⁹ sanguinis p̄tēna, vnde p̄t fieri speciālis cōmissiō sup̄ tali casu: sed nō expressa pena, secundū Gofr. Idē tenet Nouellator in d. c. vi. lib. 6. Dicit tamē Nouellator in Nou. in dem. q̄ si ep̄scop⁹ vel pr̄latus mādat notatio suo in tali casu scribat cōmissionē procuratori ep̄scopi: vt super his faciat iustitiā: talis no-

tarius est irregularis. quod probat ex eo, quia talis nō habet facere quicquā ex officio suę iurisdictionis. qđ requirit illa decretalis. Sit ergo ep̄scopus caut⁹. vt nō injiciat laqueū cleri co: vnde cōmittat istā iurisdictionē laico per scipsum immediatē, & per aliū laicū, nō autē per clericū. E: scias p̄ hoc non soldā veritatē habet in pr̄lato h. bēte iurisdictionē tēporalē ratione beneficij. sed etiā ratione patrimonij, secundū Nouellatorē ibidē: & quod pl⁹ est, dicit idē q̄ ex quo clerici tales causes sine me tu irregularitatis possint alijs delegare, satis videt q̄ si laicus talē iurisdictionē habēs, sed probabilem, causas sanguinū terminat: poterit hoc nō obstante ordinari: quia non sit irregularis ea ratione. Caueat ergo pr̄latus cūm interrogatus fuerit à iudice, ne respōdeat. Mā lū est si ille malefactō remāserit ipiūnt⁹. hā tūc esset irregularis: vt de excessib. pr̄lato. ex literis.

Tricesima nona regula: Si iudex habēs latronem captum querit de aliquo perito quid debeat fieri dē tali: & ille respōdet talem esse morte puniendū, vel simile: iudex autem secutus eius consiliū, latronem punit ad mortem: irregularis est consulens: quia fuit in culpa in casu, qui de facto non erat respondens: vt dē excessib. pr̄lato. ex literis. Si tamen non est casus de facto, sed iudex querit simpliciter qualiter

428 DE IRREGULARITATE.
qualiter tales sint puniēdi: & cleric⁹ respōdet
q̄ ad mortē vel ad sanguinē: si respodēs respō-
det secundū veram iuris sentētiā: vt expertus
Iurisconsult⁹, nō est irregularis: & maximē si
extra iudiciū: vt dicit gl. in. d. c. ex literis. Si au-
tem errans in iure dixit, cūm tamē aliter iura
disponant: irregularis est, vt colligīt per Gul.
in Specu. ti. 2. paragrapho. nuxta propositiōis.
Si autē qui non reputat Iurisconsultus interro-
gat⁹ respōdet nō vt Iurisconsult⁹, sed simpliciter
dicit quid de talib⁹ sentiat nec pr̄sumit quod
iudex ei⁹ sequat⁹ respōsionē: nō est irregularis,
ex quo nō respōdet ad casum qui sit de facto.
Nā si cōtuleret ad casum de facto: irregularis
est, secundūm Raymundum.

Quadragesima regula: Suspensus ab offi-
cio, celebrando fit irregularis: vt. 11. q. 3. si quis
damnatus, &c. si episcopus in concilio. Et li-
cet illi canones loquātur de excommunicatio-
sciēter. & in contemptū clauis celebrante; ho-
die tamen idem irregularis est in suspensiōne
à diuinis: vt de re iudi. cūm æterni. & de sent.
excom. cūm medicinalis. lib. 6. Et in hoc casū
solus papa dispensat: vt notauit Guliel. in Spe-
cu. tit. 2. paragrapho. nunc de episcoporū. ver.
est inquā. Suspensus autē à bñficio tantū non
fit celebrando irregularis: qā hoc nullo iure ca-
net, secundū In. de elec. cū in cūctis. paragrah.
clericī.

DE IRREGULARITATE. 429
clericī. & cap. statuimus. de cōces. prebē. quia
diuerſitatē. Minorī quoq; excommunicatione
pter participationē excōicati in locutione
vel similibus ligat⁹, licet celebrando grauiter
peccet: nō tū efficit irregularis: qā hoc nullo
iure caueſ secundū In. in dī si medio tépore
postquā cōmunicat, celebrauerit, bene potest
p̄enitentia peracta sine papæ dispensatione
celebrare: vt dē cleri. excom. minist. cap. fi. 11.
q. 3. si quis presbyter. Inno. tamen. & Host. di-
cunt quodd̄ tales non propter suspensionem à
iure celebrare prohiben̄t, cūm nō sint suspen-
si à iure, nec suspendendi, sed solūm propter
peccatum prohibentur: cūm fuerint suspenſi
quo ad Deum à sacramentis, & à promotio-
ne. Si enim à iure suspenſi essent: celebrando
fierent irregulares, per cap. cūm æterni. de re
iudica. lib. 6. & de sententia excommunica-
tionis. cūm medicinalis, eodem lib. Ex qui-
bus omnibus hoc colligitur secundūm Abba.
in distinctionibus suis. &c. si celebret. de cle-
ri. excom. minist. q̄ celebrans in mortali pec-
cato non incurrit irregularitatem post p̄enitentiam
& reconciliationem obtentam super
peccato mortali vel excommunicatione mi-
norī, ex quibus celebrans poterit sine aliqua
dispensatione superioris celebrare. Nec ob-
stat noua iura, scilicet. c. cūm æterni. de re iu-
di. &

dic. &c. cùm medicinalis. de sent. excom. lib. 6. quæ loquunt de illis qui sunt ingressu ecclæsiæ priuati, & à diuinis suspensi. quod non est in istis: cùm isti nec ingressu ecclæsiæ sint priuati, néc etiam à collatione sacramentorum: sed solum à perceptione sunt suspensi.

Quadragesima prima regula: Notorius fornicator à iure suspensus celebrās nō fit irregularis, secundūm Guiliel. in Speculo. tit. secundo. paragrapho, iuxta ppositionis. Nec obstat quod quidā dicūt qd quodlibet peccatū notoriū facit hominē irregularē: vt de tépo. ordi. c. quæstuni. Hoc enim verū est, si ibi nō intelligit irregularitas, quæ requirit papæ dispēsationē. Vñ dicit Abbas vbi suprà qd in illa irregularitate, quā quis incurrit ex notoria fornicatione, si in tali celebrat, pōt episcop° dispensare post pœnitentiam, per capitulum, acsi. de litis cōtestatione. & hōbie feruaf. Et quanuis quidā nimis rigidi, vt Host. & Innocē. dicant contrariūm non sunt audiendi: quia qui nimis emīgit, celi cit sanguinē. 3. dist. deniq;. Nec adueitas ratione illam, quā dicunt: Omnis suspensus ab officio per canonē, celebrādo fit irregularis: vt dicitur in. c. cùm clerici, de re iu. & c. cùm medicinalis. de senten. excom. lib. 6. sed talis est fornicator notorius: vt patet in. c. quæstum. de cohabita. clerici. & mu. &. 33. distinct. Propter hoc ergo

ergo efficitur irregularis celebrando. Ad hoc respōdet audacter secundū Frāci. de Zaba. ī c. vera. & c. quæstū. e coha. clerici. qd suspensus à canōe celebrās: tūc solū īcurrit ī irregularitatē quādo p modū sententiæ sit à canone suspensus: vt in. d. c. cùm æterni. lib. 6. Sic autē non est in fornicatore notorio & simoniaco: quia nō p modum sententiæ, sed enuntiatuē dicitur à canone qd sint suspensi: vt patet in. c. quæstū. de cohabita. clerici. ergo celebrando noti sunt irregulares. de sentē. excom. lib. 6. Tene ergo secundūm Franciscū qd si in canone pœnam imponēte dicūt qd talis sit suspensus ab officio, vel dicūt suspendimus talem ab officio: si hoc fecerit: tūc taliter suspensus celebrās fit irregularis: vt in. d. c. cùm æterni. Sed dicit à canone pœnā aprobante vel enuntiantre seu recitante aliquē esse suspensum: sicut dicitur de fornicatore notorio in. c. quæstum. vbi tamen recitat notorium fornicatorem esse suspensum: talis celebrando non sit irregularis.

Prō isto dicto est famosissimus ille doctōr Guido de Bayfio Arch. nūcupatus. 31. dist. ad hæc verō vbi ipse notat in fine gloz. quæ incipit, istud. intelligit qd notorius fornicator non est principaliter suspensus à canone, sed à Deo, quod patet ex eo quia quā citò pœnitit, licite celebrat. de co. clericico. c. vltimo. licet in odiū criminis

432 DE IRREGULARITATE
criminis p canones aliquid sit additū, quo ad
vitationem eorum, vt scilicet non audiant ab eis
diuina: & in c. vestra, & in c. tua. de coha.de.
ri. 33. dist. nulla. & c. præter hæc. & hoc secun.
dum Inno. licet Hostiæ. notauerit cōtrariū in
Specul. titu. 2. paragrapho, iuxta propositiōis.
& paragrapho. nunc de episcoporiū. ver. 26. &
hæc viā tanquā mitiore puto cōpleteādā.

Quia Irregulare cōdā regula: Suspensus à
canone nō propter criminē, sed ppter aliquē de
fectū, vt puta illegitimē nati, & corpore vitia.
ti, nō icurrūt nouā irregularitatē. si an obicit
dispensationē celebrēt, secundū Guli. in Spec.
ti. 3. paragrapho iuxta ppositiōis. versi. porto.
& idē notaſ per Archi. 56. dist. apostolica. in
prin. Et hoc seruat curia: quia quādo dispensa
cū talib⁹, simpliciter dipēsat sup defectū: nulla
facta in mēritōne de irregularitate: qui a nullā in
currūt. 56. dis. apostolica. & c. Cenomanēsem.
de filijs presbyterorum. veniēs. Ideo dicit in.
telligēdūm esse Speculatorē de illis, qui p.
pter infamia suspensi sunt à canone: sicut sunt
illi, quorum crimina sunt notoria, & qui etiā
post peractam pœnitentiā celebrare propter
scandalum & infamiam prohibentur: vt in a.
f. de cohab. clero. & mu. & de homi. ex lit.
ris. c. fin. & tamen ante dispensationem cele.
brando, nouam irregularitatem non incur.
runt:

DE IRREGULARITATE. 433
runt: quia hoc non inuenitur iure cautū, se-
cundū Guli. in Speculo, vbi suprā, &
Arch. 56. distin. apostolica.

Quadragesimātertia regula: suspensus à cō
fessionibus audiēdis, celebrans ante recōcilia
tionē: nō efficitur irregularis, secundū Guli.
quia hoc inuenitur iure cautū. 11. q. 3. paragra.
pho euīdēter. De hac suspensiō habetur. 26. q.
1. &. 1. q. 6. per totum. Quadragesimāquarta
regula: Recipiēs beneficiū irregulariter, impe
trata absolutiōe sup irregularitate, nō indiget
alia dispensatiōe sup beneficio obtēto, secundū
Ray. & Guli. in Speculo. Careat tū quilibet
ne in peccato mortali vel suspensiōe beneficiū
recipiat. Vñ securius est vt talis cōfiteātur ante
receptionē, ne collatio sit vitiosa. secundū Gu.
li. in c. si celebret. de cleri. excō. mini. Licet
hoc sit pdurū: est tamē verū ppter rationē ibi
positā: quia scilicet eligi non potest in peccato
mortali ad illa, à quorū perceptione à sanctis
patribus est priuatus. Veruntamen abbas ibi
moderāt hoc, dicēs q. si cui existēti in occul.
to collatum fit, sed ipse recipit illud, post per
actam pœnitentiā poterit retinere. Allegat
de tempo. ordin. quasitum. de fessit. ex.
communi. c. vli. Sed propter peccatum enor.
me, vt puta propter homicidium, ipso iure per.
dit beneficium: vt notatur per Archidia. l. d. st.

E studiat

434 DE IRREGULARITATE.
studeat, quæ incipit in gl. hic dispensat, vbi dicit gl. quia de iure debet eo carere. Quod exponit Archidiaconus, per sententiam, nō ipso iure. Nā homicidium nō inducit ipso iure priuationē beneficij, secundū Bernardū Cōpostellānū, qui ita notauit de electione, quod sicut, in gl. 1. paragrapho, si verò, versic. alia autē. Et idē sentit Innocētius dicēs, q̄ in homicidijs irregularibus cadere pōt̄ eius cuiuslibet dignitatis: quia etiā iustē habēt eā, si cū eis fuerit disp̄satū. Et etiā sine disp̄satione iustē tenēt̄ predi. & i dignitates suas, quousq; renuntiēt̄ vel depōnāt̄, secundūm Innocētiū, qui ita notauit de excessībus prēlatorum, capi, cum in principio. Contra tamē istud dictum faciunt multa iura: vt de clero pugnante in duello, cap. Henricus, in fine. Item ss. dist. si Euangelista, ver. in loco, cum dispensatio requiratur, vt homicida beneficium recipiat: videtur secus de iure communi. Item cum homicida ministrare non possit, etiam post poenitentiam sine dispensatione, de tempo, ordi. quia suspensus est à beneficio, q̄ id datur propter officium: & sic etiam accedit, 31. dist. eos, & nota de cōsueto, cū dilectus, in glo. suspensus enim. Tu dic breuitate, quōd hic nulla est contrarietas. Nam Bernat. & Innoc. intelligunt quōd homicida iustēt̄, & recipit beneficium, quousque deponit̄ per

DE IRREGULARITATE. 435
per sententiam. Iura autē in contrarium inducta dicunt quōd debet carere & priuati beneficio de iure: quia de iuris rigor est inhabilis ad illud. Non tamen hoc negat quin hoc fiat per sententiam: & sic idem sentiunt.

Quadragesima quinta regula: Presbyter excommunicatus vel suspensus simpliciter ab ordinibus suis, administrans in ordine acolythus, efficitur irregularis secundūm Gul. Secus istū à missarum celebratione fuerit, & suspensus.

Quadragesimasexta regula: Cleric⁹ in minoribus constitutus excoicarus ministras sacerdoti ad altare portādo aquā, lumén, & alia similia nō est irregularis, secundūm Gul. Idē putat de presbytero, diacono & subdiacono. Ratio: quia ista nulli ordini sunt annexa, cū & per laicos litera'os expediantur.

XLVII. regul. Episcopus suspensus à pontificibus, celebrando in eis nō fit irregularis: quia pontificalia non sunt de substātiā scđm Gul.

Quadragesimaoctava regula: Suspensus ab ingressu ecclesie, si in ea celi brat, irregularis est, & si in tali suspēsione decedit, non expellit in cōmeterio: vt de sentēt. excommunicatio, is cui. lib. 6. Notat tamen Nouellator in Novella quōd potest in ecclesia audire divina si ne meū irregularitaris, sed non sine peccato licet Hugo & Raymundus. Iud. notauerint:

quorum opinio refutatur per modernos.

Quadragesima nona regula. Excommunicatus vel suspensus baptizas solenniter in superpellicio & stola publice, irregularis efficietur. Secus si aliter, scilicet simpliciter baptizat: & maximè in necessitate.

Quinquagesima regu. Quicunq; nō potest promoueri ad ordines sine dispésatione: nec etiam ad honores, & quiçunq; est ineligibilis irregularis est, secundum Gul. Itē intellige de omnibus casibus, qui impediūt promouēdos, vel deiiciunt iā promotos, vel qui pœnā de positionis merētur. Vnde regula est quod qui cunq; post peractā pœnitentiā non habet ordinis executionē: irregulares sint, sicut homicidae. l. dist. paragrapho. 1. extra de simonia. Itē excommunicatus, interdictus, suspensus, in contemptu claviū se facies ordinari: de sententia excommunicationis. cā illorum. Item si etiā præsumit celebrare. n. quest. si quis de vita & honestate cleric. vt clericoru. paragrapho, si quis igitur.

Item violans interdictum. de excess. prelatorum, tanta. Item falsarius literarum papæ de criminе falso. ad falsariorum. paragrapho. primo. Talis tamen secundum Innocen. si occidit, post absolutionē & pœnitentiā potest ordinari: quia nullo iure canetur quod

bi in

sit infamis ipso iure. Item hæreticus. de purgatione cano. inter solicitudines. vel exhibentes hæreticis sacramēta. de hæret. c. excommunicatur. paragrapho, si verò. Itē sodomitæ. de excess. præla. clerici. Itē presbyter denudat cōfessionē. de pœnitent. & remis. oſs. c. f. Itē incorrigibilis in cōtumacia pseuerās. de dolo & cōtumacia. veritatis. paragrapho, f. Itē notoriū criminē de iure vel facto. de tépo. ordinat. c. f. Item vt̄s officio assassinorū. vel defendēs receptās, occultās eos licet mors nō sequat̄ inde de homicid. p. humani. lib. 6. Itē apostata. de apostatis. c. f. Itē schismaticus. de schismaticis. ca. j. Itē intrusus volūtariè per potestatē secularē. 7. que stio. 1. fact̄. de electio. si quis. Itē omne crimē, quod ipso facto inducit infamia ciuilē. 1. q. 7. paragrapho porr̄. Itē infamia de scēdēs ex delicto per sententiā declarato: quia pœna pōt̄ delimi, culpa permanente. 2. quest. 3. paragrapho hic colligit. Infamis em̄ est irregularis, siue infamia sit iuris, siue facti: vt de accusationibus. omnipotens. de testibus. testimonium.

Quinquagesima prima regula: Excommunicatus maiori excommunicatione siue ab homine siue à iure, scienter durante excommunicatione celebrans: semper fit irregularis, & est deponendus. de clericō excommunicato ministrante. ca. latrones. Secus si ignorā-

438 DE IRREGULARITATE
ter:vt eo.tit.c.apostolice . Si autem dubitare
probabiliter de sententia excommunicatiois
præsentim quando conscius est de culpa sua
propriei qua iuste potuit excōmunicari:ne*o*
tamen exponit se discriminari,& celebrat, cum
sit excommunicatus,irregularis est,& indige
dispensatioe pape,secundū Gulielmū in dicto
ea.apostolice . Crassa aut ignoratiā in talibus
iudicatur : vt si citatus perelevator, nec nisi,
nec misit ad terminum,& sic celebrat, licet ai-
hil de excommunicatione sciatis.

Circa præmissa sciētū quodd suspēsus à iudi-
ce sine ad certā dijē,sine perpetuo,sine quoq;
pœnitentia,semp si celebrat,est irregularis:qua
talis non deberet celebrare,nisi pri sententiā
ter absoluatur,licet sententia suspendit. In vi-
nio tamen casu quidā cōtra iicit:vt.2.quesit
presbyteris ,vbi dicitur quod talis ad arbitri
suspēditis facere debet. & si ante absolutori
celebrat,irregularis est & idē de re iudi. dile-
ctus.de execff.praela.apostolice . Suspēsi verba
Deo,vt sunt omnes peccatores celebrantes si
peccatis,nō sunt irregulares,licet peccet,nō
celebrat in criminalibus vt in homicidio,
simonia ,& similibus , & in quibus eiām an
pœnitentia executio interdicitur, v. supradic-
tū est.Suspēsi autem ab officio à canone
petit crimen,si celebrant,irregulares sunt.
hoc

DE IRREGULARITATE . 439
hoc intellige si suspendūtur à canone pœnam
imponente,nō autē approbat:vt in ta.cum
æterni.de re iudi.lib.6.quia etiā in mihi ex-
cōmunicatione existētes suspēsi sunt à canone
nō imponēte pœnā, sed approbante : & quam
citō pœnitēt, possunt celebrare.de sententia ex-
cōmunic. nuper. Vnde potius dicitur suspētio
Dei quam canonis, secundūm Guliel. Et nota
Ioā. And.in clemen.1.de decimis.in glo.super
verbo,donec quod cum aliquis suspenditur do-
nec iuris fecerit: sufficiat iudicis declaratio super
satisfactione sine alia absolutione.In excōmu-
nicatis verò est necessaria absolutio post satis-
factionē. Cōcordat ad hoc gl.Io.An,in ca.sæ-
pe quā.de electio.li.6.super ver.donec plenē.
vbi dicitur quod illi,qui occupat bona ecclē-
siarum vacātūm,& ea distrahunt:tandiu sunt
à beneficijs & officijs suspensi,donec ea plenē
restituerint.Ipsius aut̄ restituentib; ipso iure
sine alia sententia restituti erūt:vt notauit Ioā-
nes And.81.distinc. si qui . Preterea sciendum
est quod secundūm glossam.16.distin. deinde
infamia & irregularitas contracta ante ba-
ptismum tollitur post baptismum.& hoc si pro-
uenit ex proprio delicto : quia dona baptisini
sunt sine omni pœnitentia & satisfactione : vt
de consecra.distinctio.4.sine . Si enim pecca-
tum nō deletur quantum ad infamiam, adhuc

post baptismū obesset. quod negat Ambrosiu
26. dist. vna. Vnde si aliquis occidit mille homi-
 nes ante baptismū: omnis infamia & irregula-
 ritas tollitur: vt 15. dist. si quis post acceptum. it
 patet de Paulo, qui ante baptismū fuit homi-
 cida, & tamen postea factus est Apostolus: vt.
 dist. paragrapgo. econtra.

Huic tamen dicto aduersantur doctores. nā
 Archidiaconus. in dicto capitulo. de iude. dici
 quodd bene infamia ex quo nō descendit nā
 ex peccato, deletur in baptismō, sicut & pecca-
 tu; sed non irregularitas, qua uon fundatur si
 per peccato. Vnde ita irregularis est, qui occi-
 dit cū peccato, sicut qui occidit sine peccato:
 vt iudex, ne clericū vel monachi, capitu. semeli-
 tiā. & bigami & co pore vitiati. Et ita ipse In-
 nocētius notauit de diuortijs. Ipse tamen nota-
 uit de homicid. capite, presbyterum. quod ho-
 micidium ante baptismū, siue ex officio, si-
 ue ex voluntate fecerit homicidiū, non est post
 baptismū irregularis: quia omnis sequela pe-
 cati deleta est. Sed Gostedus de conuersione
 infidelium cap. 1. notauit quodd peccatum & se-
 quela peccati bene delentur in baptismō, sed
 non defectus siue in a pedimentum. Primari
 communiter approbarunt. Speculator tamen in
 titulo de dispensationibus. paragrapgo. 3. veri-
 cu. is autem. vi. letetur declinare &c.

Cautelæ

3. Cautelæ circa prædicta obseruandæ.
Prima cautela est: Episcop⁹ & quilibet iu-
 dex nō potest, neque debet excommunicare
 vniuersitatē vel collegiū: & hoc ideo ne in-
 nocētes puniātur cū nocētib⁹: vt dicit in cap.
 Romana. de senten. excommunicata. lib. 6. Inter-
 dici tamē possunt innocētes cū nocētibus. de
 sponsa. nō est. Et hoc ideo, quia ibi nō est tan-
 tū periculū animæ, sicut in excommunicatio-
 ne, quę est æternæ mortis damnatio, per quam
 quis traditur satanæ, vt suprà dicitur.

Secunda cautela: Caueat iudex ne ferat sen-
 tentiam excommunicationis, nisi priuissa mo-
 nitione. Si tamen hoc fecerit, licet sententia
 sit iusta: tamen punitur lator pœna ca. facti.
 de sententia excommunicatio. scilicet suspen-
 sione ab ingressu ecclesiæ intra mensem. Ter-
 tiò cœueat ne ferat sententiam excommunica-
 tionis, suspensionis, vel interdicti pro futuris
 delictis: puta si tale quid fecerit: nec pro præ-
 sentibus sub ea forma, si de illis intra talem
 terminum minimè satisfecerit: vt in cap. Ro-
 mana. de senten. excommunicata. lib. 6. Vnde secū-
 dum Io. And. in Nouella. super. d. ca. valde ri-
 diculosum esset, si diceret prelatus: excommu-
 nico Petrum, si furtum fecerit, si adulterium
 commiserit: cum tamē ad talia paratus sum vel
 suspectus: si tamen mora, causa, vel culpa præ-
 cescit,

cessit, bene potest excommunicari sub illa forma. Exemplū: vt quia de mora condénatus in actione personali nō soluit intra quatuor meses, vt de buit; postea iudex debet præcipere ut soluat intra certum tempus, aliás sit excommunicatus. hic enim mora præcessit. Similiter de culpa: vt quia negligences fuerūt clerici in dominis officijs dicēdis: poterit iudex dicere. Excommunicato omnes, qui nō interiunt canonicii horis: hic enim culpa præcessit. Similiter de offensa: vt in coniugato, qui tenuit concubinā: sepratut ab ea, nec excommunicatur, si vterius rebeat ad ipsum. Aliás præter istos casus iudex nō debet ferre sententiā excommunicationis in certo termino, &c. Vnde male saceret, si suū in post condēnationē factā in personali iudex præciperet intra certum tempus ferēdā sententiam excommunicationis, cū tamē non præcessit mora. Et in hoc sepiissimè iudices nostrī temporis excedunt modum. Ideo hæc dixi pro generali doctrina.

Circa dispensationem prædictorū censurū est sciendum quod licet secundū quosdam doctores episcopus non potest dispensare super irregularitate & alijs defectibus, nisi in expressè sibi à iure permititur. secundum Galielum Nazonem: Gofredum, Io. de Deo, & Innocentium (aliás secundū istos episcopū dispensa-

dispensans in casibus sibi à canone expresse nō permisis, videtur impugnare canones, vel eos tollere: tu tamē dicas quod ubique expresse à canonicis potestas dispensisandi nō prohibetur episcopi: episcopi possunt dispescere. Et hoc dū p doctores communis approbat. Ita dicunt Ioaannes, Laurent, Hugo, Tancred, Bernard, & Gulielmus in Spe. tit. de dispensationib. paragraphū de episcoporū. & illē famosissim⁹ doctor dominus Archidiacl. distin. de præmissis. vbi latè psequit istā materiā improbadō opinionē corriā: qui etiā dicit dominum suum Host. dixisse quod in his, in quibus peccatum mortale est secundū legē diuinā sicut in furto, rapina: vt 14. questio. pœnale. dispescere non pot nec etiā papa (vt quidā dicūt) nisi pœnitentiam agant & restitutio faciat: de fur. cum tu. & 14. quest. s. si quid. & ca. mul. i. & ea. questio. 6. si res. In his vero, in quibus peccatum mortale est secundum ius positivum: vt vbi est episcopis vel inferioribus à papa interdicta dispensatio, nullus dispensat, nisi solus papa, vel is, cui specialiter cōmisiterit. Si vero nō est interdicta potestas dispensisandi: tūc potest. Hæc Archi. Pro ista sententia faciunt multi iura, vt de hæret. excommunicatus paragraphe sane, de sentie. excommunicatus nuper. & c. à nobis. & c. cū illorū. & de spon. cū apud. 16. questio. s. sunt nonnulli

nulli. ff. ex quib^s cau. maiores. l. necnon. patr. grapgo. l. Ia & apostolus. dicit: Omnia mihi c^et. l. quæst. l. aliud. Et ex his patet quæm lae sit potestas episcoporū: quia omnia possunt. si expreſſe phibeant. Sunt autē multi caſus in re expreſſi, in quibus eis cōceditur authorit^a dispēſandi: quoſ lucidē ſcripſit Guliel. in Spe. cu. iuris, de quibus h̄ic ſuperſedere cōiuit ſol. bētis ſedulitas: ſciens quia episcopi nō ēgēn quis eos doceat: ſcilicet ipſi aliorū ſunt docto. res. l. quæſt. 7. cōueniētibus. præſertim que preſentis opusculi principalis intētio fuerit ſimplicib^s ſimplicia tradere rudimēta, nō perfecta ſubtilia: vt cū Apostolo lac potū daret: nō eli paruulis: ppter quod etiā ſtylus eiusdē non in doctis aut perſuasiōibus humanae ſapienſe verbiſ: ſed in doctriна ſpirituſ excurrit: cōg iuxta Iſidorū de ſum. bo. li. 3. Horret ſacra ſmiptura ſpumeū ſpiētis ambītū. Ignoscāt igiū doctores ſuper ſtyli ſ: materiæ ruditare: que nō ipſis, ſed ſimpliſib^s dirigiſ. Grati ſint ſimpliſes, quorū profeſtui præſens opusculū deſtinatur. Sed & ipſi reuerendissimi patres & domini archiepiscopi, episcopi, ceteriq; pralati, doctores, & magiſtri, ſi qua bene ſcripſi in præſenti traſtatu inueniant, approbare diſgnentur gratiōſe: que vero dubioſa, vndofa, aut perplexa, declarēt, diluſident, & interpretentur.

tentur. Inſup quæ minus bene poſita fuerint, corrigant & emēdant, occupationi potius, quæm ignorantiae adſcribentes. Testis enim Deus eſt, & angeli eius, me grauib^s & arduis nō ſolū diuerſis, verū etiam ſibi inuicem aduersis pro tunc, occupata in ſuſſe negotijs: & niſi pia doxiſſet manum ſedulitas, niſi diuinæ gratiæ miferatio animum laceſſitum conforſtaffer, nequaquam naufragioſa imbelili animi cymba proprijs conatiōibus ſub anhe lo peccatore ſalutarem eucl̄a fuſſet ad portū.

Hortor poſtremò vt quiſquis iſta legeris, mei peccatoris recorderis, exorans Dominum, vt non tā pro industriolo labore, quæm pia mētis deuotione, & bonæ voluntatis affeſtu, que cunctis Christi fidelibus proficere conabar, mercedem perpetuam omnibus fideliter in vinea ſua laboratibus promiſſani largiri dignetur tempore oportuno.

Suscipe completi laudes d̄ Christe, laboris.

Quas cordis læti vox ſubdīta reddit amoris.
Sit merces operis oratio sancta legentis.

Quæ fungat ſuperis nos toto robore mentis.

FINIS.

A V G V S T I N V S
de dignitate sa-
cerdotum.



V E N E R A N D A sacerdo-
tū dignitas, in quorū manib[us] Dei fili⁹ velut in vtero virginis, incarnat. O felices sacerdotes! sacerdotaliter vixeritis. O celeste mysteriū, quod p[ro] vos Pater & Filius & Sp[iritu] sanctu[m] tā mirabiliter operaf super tam ineffabili ministerio vestro, quod uno eodēq[ue] momēto idem Deus, qui præsidet in ccelo, in manibus vestris est in sacrificio. Cœlum miratur. Horrescit infernus. Cōtremscit diabolus, reuereſt quām plurimū angelicā celum-
do. Quid retribuam domino (vt taceā de ca-
teris, quæ tribuit mihi) pro tā singulati dono
sacerdotij mihi impenso: quod est datum op[er]i
mū, & dñi perfec̄tū? Verbi gratia: Ille, qui
creauit me sine me, creaf mediatē me. Et illi
q[ui] ex nihilo cūcta creauit sine me, si fas est di-
cere dedit mihi creare se. O venerabilis su-
nitudo manuum. O felix exercitiū, ybi na-
tūrā Christum sacerdos Dei, filium, cuius dei-
cia sunt esse cum filijs hominum. O sacre-

dotes, attēdite: maior est dignitas vobis colla-
ta, quām angelis, qui adorat q[ua]d vos cōfici-
tis, nec ipsi cōficerē possunt. O altitudo sapiē-
tiae Dei. O ineffabilis clementia Saluatoris.
Quod datū nō est angelis, concessum est homi-
ni. Sacerdos hoc sacramētū ineffabile cō-
ficit: angelus cōfidenti sibi quasi famulus aīsi-
stit. O quām venerabile, quām gloriosum, quām
insigne fuit apud antiquos nomen sacerdotij:
sed hodie quid abiecius eo? quid vilius? O sa-
cerdotes, si anima cuiuslibet iusti sedes Dei
multo magis sedes & tēplum Dei esse debe-
tis mūdum & immaculatum. Si sepulchrū eius
gloriosum est, in quo corpus iacuit exanimis:
gloriosiora & digniora esse debet corpora ve-
stra, qui à morte suscitatus quotidie dignatur
inhabitare. Si beatus est venter, qui nouē mē-
sibus Christū portavit: ita non tantum, ta-
mē beata debent esse cor: la vestra, in quibus
quotidie elitit, sibi hospitiū filius Dei. Si bea-
ta sunt vbera, quæ parvulus sūxit: ita debet es-
se os beatum, quod carnem eius sumit, & san-
guinem fugit. Carnes ergo vestras cum timo-
re eius configite, & vobis diligēter prouidete,
ne lingua loquendo quæ vocat de cœlo filiu[m]
Dei, cōtra Dominum loquatur. Et ne manus
quæ intinguntur sanguine Christi, polluantur
sanguine Christi.

D e digni-

De dignitate sacerdotum.

Viri venerabilis sacerdotes Dei,
Præcones etissimi, lucernæ diei,
Charitatis radij fulgentes & spei:
Auribus percipite verba oris mei.
Vos in sanctuario Deo deseruitis:
Vos vocavit palmites Christus vera vitis,
Cauete ne steriles aut inanes sitis:
Si cum verò stipite viuere velitis.

Vos estis catholicæ legis protectores:
Sal terræ, lux hominum, ouium pastores,
Muri domus Israël, morum correctores,
Iudices ecclesiæ, gentium doctores.

Si cadat protectio legis, lex habetur:
Si fal euanuerit, in quo salietur?
Nisi lux appareat, via nescietur:
Nec si pastor vigilet, ouile frangetur.

Vos cœpistis vineam Dei procurare:
Quam doctrinæ riuulis debetis rigare.
Spinas atque tribulos procul extirpare,
Vt radices fidei possint germinare.

Vos estis in æra boues triturantes,
Prudenter à palea granum separantes.
Vos habent pro speculo legem ignorantis,
Laici, qui fragiles sunt, & inconstantes.

Quicquid vident laici vobis displicere,
Dicunt procul dubio sibi non licere.
Quicquid vos in opere vident adimplere,

Credunt

Credunt esse licitum, & culpa carere.

Cùm pastores ouium sitis constituti,
Non estote desides, sicut canes muti:
Vobis non deficiunt latus acutus:
Lupus rapax inuidet ouium salutis.
Grex fidelis triplici cibo sustinetur,
Corpo dominico, quo filius angetur:
Sermonis compendio, quod discretè detur:
Mundano cibario, ne periclitetur.

Quibus tenemini verum prædicare:
Sed qui l, quibus, qualiter, vbi, quando, quare,
Debitis sollicitè reconsidere,
Ne quis in officio dicat vos errare.

Spectat ad officium vestræ dignitatis
Gratia petentibus dona dare gratis.
Sed si vñquam fidei munera vendatis,
Incurtuos Giezi lepram vos sciatis.
Gratis eucharistiam plebi ministrate,
Gratis confitemini, gratis baptizate:
Secundum Apostolum cunctis gratis date:
Solum, id, quod fuerit vestrum, conseruate.

Vestra conuersatio sit religiosa,
Munda conscientia, vita virtuosa,
Regularis habitus, mensq; gratiofa:
Nulla vos coquinete labes criminosa.

Nullus factus deprimat vestræ signū métis:
Grauis in intuitu, habitus sit testis:
Nihil vos illaqueat cutis inhonestis,

F

Quibus

459 DE DIGNI. SACER.

Quibus claves traditæ sunt regni cœlestis

Estate breuiloqui, ne vos ad reatum,
Pertrahat loquacitas, nutrix vanitatum,
Verbum, quod proponitis, sit abbreviatum.
Nain in multiloquio non decet peccatum.

Estore benevoli, sobrij, prudentes,
Iusti, casti, simplices, pij, patientes,
Hospitales, humiles, subditos docentes,
Consolantes miseros, prauos corrigentes.

Vtinam sic gerere curam pastoralem
Possitis, & ducere vitam spiritualiæ,
Vt cùm exueritis chlamydem carnalem,
Induat vos Dominus floram æternalem.

Qui sedet in solio summae maiestatis,
Vos purget à vitio, inundet à peccatis:
Vobis sit auxilio vestra pietatis:
Vt Abrahæ in gremio tandem fedatis.

A M E N.

Conf.

451

CONFESSIONALE BEATI

Thomæ de Aquino, cui libet tum con-
fessorio, tum confitenti necessarium.



VONIAM fundamentum &
ianua virtutum, omnisq; gratiæ
ac spiritualis consolationis prin-
cipium, est cōficiencia purissimæ,
ac cordis munditia, ad quā pri-
cipaliter & præcipue per puram, yetam ac in-
tegram & perfectam cōfessionem peccatorum
acceditur: nos qui vocati sumus ad statum gra-
tiae, ad acquirendas virtutes, ac vitandas vitia,
de sufficienti confessione ac modo confitendi
(vt decet viros ad statū perfectionis electos)
cum summa diligentia & sollicitudine conti-
nua peccatorū videamus: & principaliter de
mortalibus preceptis est videndum.

¶ Confessio deber esse p. a. CAP. I.

Estigitur primò v. dendum quod confessio
debet esse pura: quia peccata debent
simpliciter dici ab: que duplicitate & excusa-
tione, sicut ho. no credit ea manifesta esse co-
ram Deo: nec debent verba dici palliantia,
aut cooperientia vel minuentia peccatum: si
cut faciunt multi, magna phylacteria & hi-
storias longas dicentes antequam peccatum

F. 2 expli-

explicet: ut sic per illis ostendant se minus culpabiles de peccato: quod quidem peccatum in fine illorum verborum superfluo inclaudunt. Vitanda sunt igitur superflua excusatoria verba, sed pure dic peccata tua, simpliciter te accusa. Similiter non debet dicitur quod cadat in infamiam alicuius, aut quod posuit præbtere cōfessori occasiōne turbationē cōtra aliquem, aut materiam contemnē. Vnde si expediter nominare peccata alterius confitendo propria: tunc taliter explicemus quod nullo modo confessor possit intelligere personam, cum qua peccasti: nec posuisse nire in nositiam complicis in peccato: sicut dedisti Petro occasiōne peccati iūcū pascuauit, non debes nominare, sed sufficiat dicens: Ego fui causa cōmittendi tale peccatum ad eam personā.

¶ Vera.

CAP. II.

COnfessio debet esse vera, ita quod dicere la falitas dicatur scienter, nec aliqua dubium affirmetur: sed certa ut certa, & dubia ut dubia sunt dicenda. Et ideo quando confiteris, non dicas: Dico cuipam mensa feci tale quid: aut si dedi materiam turbans tali: aut feci sem tale peccatum, si potest

sa

sem. Sed dic simpliciter: Feci sic & sic: & appetui sic & sic: habui voluntatem deliberatam faciēdi tale peccatum: & non dimisi, nisi quia non potui, vel quia nesciui, vel quia timui verecundiam aut pœnam temporalem. Sunt tamen quidam, qui nescientes, aut verecundantes, aut non curantes specificare peccata, apertere mentiuntur in confessione quam faciunt, dicendo quædam generalia ad quandam cautelam, quibus comprehendunt peccata omnia quæ fecerunt: dicunt enim, Dico culpam meā de quinq[ue] sensibus male custoditis, scilicet visu, auditu, &c. Et tamen si interrogarentur de quolibet per se, inuenirentur non offendisse in altero præmissoriū: maxime postquam confessi fuerint. Et si dicunt etiam de septem viatis capitalibus: cùm tamen non offenderint in omnibus sicut sonant verba eorum. Talis ergo maxime ab his, qui sape confitentur, est vitandus: sed dicant vera & necessaria: & dimittant falsa & superflua. Similiter ante confessionem diligenter seipso examinent: & dicant primò omnia virtuosa & grauia, quæ certò se nouerint fecisse: ita q[uod] sub humiliatis specie aut causa quacunq[ue] nullatenus mentiantur. Sed postea possunt dicere generalia & levia, quæ nō possunt generaliter explicari: sicut

F 3 sunt.

sunt cogitationes otiosæ, verba otiosa, negligētia & pigritia circa ordinē, amissio temporis, distractio cordis dicendo horas vel orando, ingratitudine beneficiorum Dei, superflua cura de corpore & de rebus temporalibus, turbationes leues contra proximum, iudicium leue alieni cordis, despectus proximi quo ad personam aut vitam sine mores, non contentari de omnibus quæ Deus facit, auſſici permittit, & his similia: quæ cùm sint inuitabilia ab anima infirma: non possunt numero declarari, sed potius expedit ea quotidie delere cū lachrymæ, aut per ipsam infirmitatem animæ recognoscere, & in humilitate debita permanere.

3a. Integra.

CAP. III.

Confessio debet esse integra, vt omnia peccata, quæ habes in memoria, aut que oblitus fueras confiteri, & modò recordari, integrè confitearis. Nec dicas partem vni confessori, & partem alteri: quia nullo modo debes diuidere. Hoc faciunt illi, qui timent despici à confessore, vel reputari minus boni, plus tamen humanam verecundiam, quam diuinam offendam: & plus amantes laudes extinxecam, quam intrinsecam pacem mentis,

tis, & conscientiæ puritatem. Similiter si oblitus es quando confiteris aliqua peccata, & postea die sequenti vel alia recordaris: si potes, debes recurrere ad eundem confessorem ut confitearis, si potes habere copiam: aut ad alium. alioquin sufficit tibi bona voluntas. Quod si non ex oblinione, sed ex malitia ac verecundia oblitus es, vel obliuisci voluisti confiteri aliquod peccatum, teneris recurrere ad primum confessorem: & si vis recurrere ad alium, teneris confiteri omnia peccata prius commissa, & illud, quod prius oblitus fueras, & omnia quæ postea commisisti à prima confessione facta: & teneris confiteri de mendacio aut simulatione, quam commisisti: quia dedisti intelligere confessori tuo primo quod integrè confessus fuisti.

3b. Locus.

CAP. III.

ITem confessio debet esse plena: quia debet continere circumstantias aggrauantes peccata: quæ sunt loca, in quibus fit ut: quia grauius est peccare in ecclesia, aut loco sacro quam in domo. Et grauius est cogitare aliquod in honestum quando dicas nullam, vel officium, vel horas, quam quando scribis: & grauius est respicere vel tangere animo impunitis,

dico corpus hominis sub pannis, quam
num vel pedem: quia magis libidinosa dele-
ctatio est ibi. Et sic facias differentiam inter
locum & locum.

¶ Tempus.

CAP. V.

Temptis, in quo peccas: quia grauius est
deficere à missa, vel otiori in die domi-
nico, vel in festo solenni, quam in alio die im-
plici. Et grauius est quodcunque peccatum in
magna solennitate, quam in alio tempore. Et
grauius est non vacare orationi, vel esse di-
solutum in lingua, vel relaxatum in gula, quā
do homo debet communicare, & in die, quā
homo communicat, quam in alio tempore.

¶ Coram quo.

CAP. VI.

Grauius querere & facere aliquid co-
ram eo, qui potest ex hoc famere oc-
casione peccandi, quam illud dicere vel fa-
cere occulte. Et grauius est simulare se illi
patientem in habendo iram in corde, qua
ostendere se esse turbatum sicut est, ne-
dando tamen alicui per hoc turbationes
vel in ali exempli occasionem: ut dicit Ca-
gorius. Et ideo non sufficit dicere, fui ira
de verbo mihi dicto: sed debet dicere & ad-
dere, & simulaui me esse patientem in ve-
bis &

bis & signis exterioribus, ut reputarer humili-
lis, vbi eram superbus: ita quod in illa simula-
tione addidi mendacium ad iram quam oc-
cultavi. Adhuc grauius est tangere mulierem
osculando, quam ipsam in eodem loco tange-
re cum pede: quia iste modus tangendi est ma-
gis impudicus. Vnde non sufficit dicere, Te-
tigi mulierem impudicè: sed oportet dicere lo-
cum corporis, quem tetigisti, scilicet manum
vel pectus supra pannos, vel ad nudum: & di-
cas modum, scilicet cum ore, manu, vel cum
pede, & sic de alijs.

¶ Mora quæ contrahitur. CAP. VII.

Quoniam ibi manus est peccatum, vbi
major mora contrahitur, siue sit dele-
ctatio corporis, siue mentalis, siue ira, si-
ue odium: cum scilicet tenes per mensum
aut annum. Ideo diligenter est mora exa-
minanda in peccato cogitationis: quia vi-
dendum est si ipsa ratio succumbat sensuali-
ter consentiendo in opus voluntate delibe-
rata si posset: & tunc non est minor culpa,
quam si peccatum opere perfecisset: quia sic
voluntas pro facto reputatur. Si autem succu-
bat ratio, consentiendo in delectatione sen-
sualitatis tantum, ita quod non vult in opus
proce

procedere, sed vult tantum interius in delectatione voluptatis perfidere: tunc licet ibi non sit plenus conuersus: tamen ibi est peccatum mortale: sicut dicit Augustinus, sed est minus graue quam primum, ubi est consensus in delectatione & in opus. Si vero in neutrum consenserit, sed ibi faciat moram iniurie: quia scilicet neicit, vel non potest repellere: tunc dicat occasionem diuina. Quoniam hanc sententia fatus dura habet: cum habebat in peccatis criminibus propter etiam notificari in homicidio, & in alijs multis peccatis. Quicquid fieri expedet: confessio mundi facere predicationem examinationem in cuiusunque cogitationibus vinosè multum protractis.

Quæs.

CAP. VIII.

Non gratus est facere quæcumque peccatum: cum coede aut cum aliquo sensu corporis bis, quam temerario, si potes, recordare speciem rictus cogitationum malorum, aut modus libidinis solus in carne, & voluntatem faciendo aliquod peccatum, aut quæc iteratae respicere in faciem aliquid propter delectationem vilis, que certas turbasti aliquem, aut marmurasti: & sic de alijs. Sed si non es membror de numero: debet bona fide secun-

secundum quod iudicas te toties iterasse peccata. Et attende quod cogitationes leues, & levia verba non sunt numero explicanda: nisi essent occasions alicuius grauius peccati vel vitij: aut essent de se in aliquo genere septem vitiorum capitalium. Si tamen propter cogitationem leuem haberet longam distractiōnem mentis in oratione vel in psalmodia: credo quod bonum esset explicare, si essem memor, propter magnum dispendium quod facit. Si etiam propter aliquod verbum solutum vel leue aliquem turbates, aut oriret aliqua mala suspicio, aut aliquod malum: tunc debet specificari propter malum ipsius effectum, sic quod talia otiosa & levia non sunt perficienda, quando propter ea incurritur aliquod graue vitium vel delictum, aut datur alicui materia peccandi. Sufficit ergo dicere simul omnes distractiones mentis habitas in oratione & in officio propter cogitationes leues: sic dicendo: Dico tamen culpam de nimia distractione & metris vagatione, quæ habui in oratione audiendo missam, & dicendo horas, propter cogitationes inutiles & otiosas, in quib[us] cor meū nimis occupauit, sic q[uod] diminis nō fui inten[ti] vt debui & potui. Cogitationes autem vitiostæ peccatae & cù delectatione rece-

460 CONFESSIO NALE
ptæ, omnes sunt explicandæ quantum homo
potest, quantum ad qualitatem, moram, & vi-
tia, vt suprà dictū est: Cogitationes verò quā-
tuncūq; malæ & vitiæ, si non sunt studiosè
procuratæ, nec cum delectatiōe receptæ, nec
cum mora seruatæ in corde: nee dedisti occa-
sionem veniendi propter cibi & potus intem-
perantiam, aut propter occasionem aliam: sed
subitò venerunt: & recesserunt: & displicen-
tiām babuisti, aut falem placentiam non ha-
buisti in illis: & statim quando fentisti, vt po-
tuisti, repulisti, aut expellere procurasti occu-
pando te in lectiōne aut in meditatione san-
cta: tales, dico, non sunt confitendæ: quia non
solum in istis homo non offendit, sed mul-
tum meretur, tanquam pugil, pugnator, &
victor. Vnde Hieronimus: Ille prædicatur
beatus, qui statim vt cœpit cogitare, cogi-
tationē intersicit & allidit ad petram Chri-
stum. Sed hodie quidam tales cogitationes
confitentur: porius ad laudem & vanam glo-
riam, vt confessor reputet eos spirituales:
cū tamen talia essent occultanda, & in-
confessione tacenda: quia solum confitens
dēbet se ostendere simpliciter esse peccato-
rem. Vnde tales sunt thesauri Dei latrones:
quasi vanæ gloriæ appetitores: & ideo pœ-
na latro-

BEATI THOMAE. 461

na latronum sunt puniendi. Nam de talibus
cognitionibus, quibus sic resistitur, dicit Apo-
stolus, quod facit Deus cum tentatione pro-
uentum. Quod dicit, quia homo talibus resi-
stendo meretur. Et ideo intelligo quod digni
sunt suspedio, qui sub specie charitatis aut pe-
tendi consilij aut alterius causæ coloratae, quæ
foli Deo sunt aperta, manifestant, & aperiunt
malitiosè & subdolè.

¶ Motus vanæ gloriæ.

C A P. IX.

Qvia grauius est habere vanam gloriam
gratia spirituali à Deo recepta, quam
de hominis ope & manuali: ideo confiteri ha-
bes de vana gloria spirituali aut corporali. Et
grauius est dolere de bono spirituali alterius,
quam de bono corporali ipsius. Et prim⁹ do-
lor est inuidia supernæ gloriæ, quæ est pecca-
tum in Spiritum sanctum quod est irremissi-
bile. Secundus dolor ex simplici procedit in-
uidia. Et ideo non sufficit dicere, dolui de bo-
no alterius propter inuidiam: sed debes dice-
re & specificare de quo bono, spirituali vel té-
porali. Et ea: lem ratione grauius est gaudere
de spirituali damno proximi sicut de peccato,
quod fecit, aut de ipsius infamia, aut quia am-
bit gaudiā Dei, quam habebat, quam gaudere
de tem-

de temporali danno hominis. Cauendum tū est qualiter confitearis prædictuui vanae gloriæ de gratia spirituali , ne forte incurras maiorem vanam gloriam confitendo primum deum. Nam dando intelligere confessori quod habuisti vanam gloriam , quia fuisti vi- fuis orare , vel in missa plorare , vel laudatus quod bene prædicaueras ex hoc potes incur rere vanam gloriam sive peccatum vanæ glo- riae q[uo]d cōfessor ex hoc te reputet spiritualem. Non debes igitur explicare confessori tuo grariam tibi à Deo datam in oratione & la chrymis , & huiusmodi. potes tamen dicere sic: Dum diceré vel audirem missam, vel præ dicarem , feci aliquem actum , propter quem cogitauī quod personæ aliquæ me videntes crederent me habere aliquam gratiam spe cialē ibidem . & quia in ipsa cogitatione ha bui complacentiam & consensum, nec doluit ideo ne accuso. Vell sic: Appetiui quod aliqui sic crederent me habere , cùm non haberent: & ad hoc credendum feci aliquos actus simu lationis . Idem intelligas de alijs peccatis. Similiter cautè confitearis vanam gloriam, quam habuisti in exercendo aliquos actus virtuosos . Sufficit tibi non explicando di cere : Feci aliquem actum , propter quem non

non appetiui totam laudem Dei , sed potius hominum : quia non solum volui ab illo re putari, cui feci vel dixi quoddam vocabulum sed appetiui ut alijs publicare: Et nota quod cogitationes de vana gloria non sunt confi tendæ, nisi quod ibi est complacentia, & con sensus , & delectatio merosa. Si autem statim quando veniunt cogitationes, iudicas eas nō debere venire , & ex hoc statim displaceat tibi quod veniant : ac per hoc statim recurris ad Deum ut eas expellat, au saltem te consentire non finat : sis certus q[uo]d in eis nō peccas, sed potius per eas coronari acquiris . Dic ergo statim in corde tuo, quando sentit eas : Deus in adiutorium meum intende. vel : Domine vim patior , responde pro me . Et caue ne propter huiusmodi tempestuosas cogitationes dimittas aliquid bonum incipere, vel in ceptum cōsummare & perficere, ex quo prin cipale motiuū est bonum . Sed hodie multi contrarium faciunt , credentes spiritui diffi dentiæ , qui facit eos credere quod perdunt quicquid agunt, cùm in bonis actibus suis cogitationes vanitatis incurruunt Respondeas ergo tali spiritui: Nec proptes te facio nec volo facere istud vocabulum , nec propter te dimit-

te dimittam. Vnde quantuncunque habeas in istis cogitationibus aliquando complacentiam & consensum, dolcas, & purè confitearis. nec propter hoc cesses à bono propter Deum principaliter incepto: sed pugna viriliter, constanter orando Deum ut custodias tuum opus. Si autem esses naturaliter passionatus & stimulatus de vana gloria, sicut sunt quidam qui nihil boni faciunt aut dicunt sine ipsa: tunc sic oculo tibi vt non deleacteris loquendo multum de Deo, aut de vita spirituali, docendo alios sub specie charitatis: quia pro certo sub hoc zelo charitatis latet dulce venenum. Sed puto esse securius & magis expediens humiliare se, & silere à bonis: ne forte curando infirmeris: quia mens tua adhuc eget custodia: & strænum est necessarium linguae tuæ, & donec ea pestis in corde tuo fluctuare cesseret, alioquin saluando aut sanando alios, tuam destruis sanitatem. Experto credere: nam docere & curare alios, est cibus perfectorum. Si vero necessitas ineuitabilis magna, & rationabilis contingentia loquendi occurrat: nūc loquendū est taliter, q̄ ita te sicut alios videaris arguere: quia tibi forte etiā nūc nō deerit spiritus vanæ gloriæ, cupiens q̄ per hunc modum loquendi reputeris humilis, & discretus.

discretus. Si autē idē eueniat tibi cùm tacebis, vel quādo de locutioē te humiliter excusabis: nescio tibi aliud remediu, nisi cōfessionē purā, & lacrymas exhibere cōtra hāc maledictā pestilentiam& tamē valde timendū est ne timore despectionis humanae, toties hoc vitium confiteri negligas, quoties ab ipso te noueris superari. Sed ne vt minus verecunderis: mutes sepius confessorem. immo vi plus confundaris, studeas eidem sepius & clarius solito confiteri. Sic enim virtute humiles confessionis spiritus ille nequam citius expelletur.

Et si etiam tuæ confessioni te ingerat vt de humili & pura confessione appetas commendari: certè si te senseris vulneratum: nō timeas in fine confessionis detegere vulnus. Est enim sciendum quòd grauius est esse inobedientem vel irreuererētem patri vel matri proprio, quam illi, cui non sic tenemur obedientiam vel reue rentiam exhibere: & grauius est turbare vnum sanctum hominēm aut deridere ipsum, quam hominem. vitiosum & grauius est prouocare vnam personam religiosam ad aliquod peccatum, quod est contra professionem eius, quam vnam personam secularē ducere ad idem peccatum.

Et granius est inspicere impudicē vnam iauenem

iuuenem religiosam mulierem , quām secularem . secundūm beatum Gregorium , Non licet intueri . quod non licet concupiscere . Et ideo dico esse grauius illud vitiosē respicere , quod est grauius concupiscere . Hoc idē intelligo de quocunque verbo , aut etiam : actu impudico . De conditione personæ , cum peccasti , sufficit exemplum iam dictū . Non ergo sis contentus dicere , Non bene custodiui visum , aut dicere , Conuerit plures aspectum in faciem cuiusdā personæ cum complacētia & imaginatione impudica . Sed lic qualitatem & conditionem personæ . Et si de visu expedit sic dicere : multò magis de verbo impudico dante prouocatio- nē ad peccatum : & de tactu aut commotione carnis libidinosa habita exallocatione vel ap propinquatione ad corpus alicuius .

§. Intentio habita in peccatis. C A P . X.

GRATIUS est facere quodcūque peccatum cum intentione prouocādi aliquem ad simile , aut ad aliud peccatum , quām ad satisfaciendum sibi ipsi tantū : vt si noueris defectum alicuius , vt facias ipsum despici , aut minus reputari , propter inuidiam tuam vel aliam inuidiam : aut si fecisti aliquem actionem

cum

cum oculis , aut cum manibus versus aliquam personam vt prouocares eam ad malum : & sic de alijs peccatis factis studiosè non tantū in damnum facientis , sed etiam in proximi- mi detimentum . Quæ quidem peccata nou sufficit confiteri , nisi explicentur intentiones malitiosæ : quæ rectè assimilantur dæmoni- bus animarum damnationē insidijs suis pro- curantibus : pro quarum salute Christus san- guinem suum effudit . Et tunc inimici Christi , quia student animas perdere . Item descensus de peccato in peccatum est diligenter perfetu- tandus . Non enim est ita grave vnum pecca- tum simplex , sicut illud cuius occasione plura alia peccata sunt commissi . Vnde si studio- se fecisti aliquem defectum tali modo quod alius fuit culpatus de hoc , & non excusasti in- nocentein , sed permisisti eum iniustè pati : vel si pro defensione vnius mendacij protulisti verba iniuriosa . aut incurristi & lura alia men- dacia : aut pro excusatione vnius mendacij vel peccati commisisti perjurium : & ob hoc fuit suspicio de alio , vel facta iniusta punitio su- per aliquem , aut ortum est odiuin , aut ali- qua turbatio iater aliquos : omnia hæc & contumilia , quæ ex peccato primo sunt con- sequuta , debent cum primo peccato princi- pali explicari .

Aduerenda est occasio peccati. CAP.XI.

Similiter de circumstantijs peccatorum; nō soūm circumstantias p̄iædictas vel similes exponere debes, sed etiam occasiones & causas peccatorum. propter quās incuristi ipsa peccata: videlicet quia negligisti eas vitare sicut potuisti & sciusti. Huiusmodi autem causæ sunt taliter dicendæ, quod tecum ipsis accuses, & non excutes: sicut quidam faciunt impotentes culpam diaboli: sicut Heraclia quæ dixit: Serpens decepit me. Dicunt enim: Tantum ipse me tentauit de tali peccato, quod oportuit me consentire, nec potui me defendere villo modo. Sed ista non est confessio nec expressio causæ peccati: imo est sui excusatio, & accusatio diaboli, vel illius, qui forte non est culpabilis. Non enim omne peccatum fit semper ex suggestione diaboli: nec omnis tentatio est à dæmonio: sed secundum beatum Iacobum, vñusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Multi ergo mentiuntur dicentes: Dæmon me seduxit ad tale peccatum, ita quod tibi consensi: quia sola sua concupiscentia tentatus cecidit: & ideo debet dicere: Cūm sentire me stimulari ad tale peccatum perpetrandum, si negligens incitando occasiones me incitantes ad hoc

hoc: scilicet locum, tempus, & personam: & fui negligens in adiuuando me cum ieiunio & oratione & alijs necessarijs: sicut abstinenia cibi & potus. Vnde propter negligentiam & malitiam meam commisi ipsum peccatum, potius eligens seruire superbie & carni meat hōc suggestenti, quān Spiritui sancto inspirati mihi quod illud non facerem. Reliqui verò imponunt culpam proxinio: sicut fecit Adam qui dixit Deo: Mulier quam dedisti mihi. sociam dedit mihi de ligno: & comedи. Dicunt enim: Quædam persona illexit me rogando, blandiendo, & aliqua dona dando, aqđ quod nullus de Mundo potuisset se defendere: sic quod oportuit me finaliter consentire. Alij dicunt: Quædam persona dixit mihi tantum malum de quodam quod fecit me murmurare de illo, & illum despicerē. Sed est vitoia confessio. Dic ergo sic de primo: Cum videarem expresse quod locutio & conuersatio cum quadam persona esset mihi inutilis & perniciosa, & sentirem affectionem cordis mei ad ipsam personam, aut ipsis ad me non esse purum nec secundum Deum, sed portus secundum carnem, & in aspectu & in præsencia eiusdem haberem nimiam complacentiam sensualem, & ex hoc semper haberem imaginationes impudicas de illa: cum libidi-

nōis motibus carnis, ita quōd propter hæc debebam fugere eam: nihil minus sum secutus voluptatem carnis, instantum quōd ad talēm actum deueni cum ea: vnde me ad ipsam illaqueavi.

De secundo dic sic: Audiens dīci mala de aliqua persona, facilius ei credidi, quam credidisse bona si audiūsssem, propoter levitatem cordis mei & defectum charitatis: & quādo debui comparari murmuranti, & excusare in corde meo eum, de quo ille murmurabat: ego statim murmurauī cum illo, confirmando mālū de quo dicebat, vel addēdo ad illud quod dicebat: ac per hoc dedi sibi occasionem māgis murmurandi.

Et nota quōd non debet quis murmurantem nominare, nec factum de quo murmurauit, nec personam, de qua murmurauit: quādo scilicet talis nominatio effet in excusationem sui vel infamiam proximi. Item si te accusas de turbatione proximi, aut de turbatione habita contra aliquem propter defectum eius principaliter: non debes expiare illum defectum: ne per hoc hostente habuisse rationabiles causas turbationis: & sic videaris minus peccasse, aut motus zelus iustitiae. Sunt enim qui dicunt in confessione: Vidi fieri talem defectum: vel, audiui di-

ui dicere tale verbum: de hoc fui valde turbatus, quia erat contra honorem Dei, & contra bonos mores, & in malum exemplum aliorum. O stulte hypocrita, quid dicis? Nam te simpliciter laudas, & nihil penitus confiteris. Taces peccatum tuum, quod fecisti videntio alicunum defectum: quod fortè fuit grarius, quam iste defectus alterius: quia despexisti peccatum, cui debebas compati: & mentiris dicendo te fuisse turbatum propter amorem Dei & proximi: cùm tamen fueris turbatus propter superbiam tuā, vel quia non habes charitatem proximi, quae non permittit aliquem contra proximum perturbari. Sic ergo dicas: Vident vel audiens fieri vel dici aliquid quod iudicauī esse malum, & fortè esse peius quām fuit, propter malitiam meam, quae non permisit me excusare defectum nec intentionem dicentis vel facientis sicut poteram & debebam, non fui motus ad compatiendum ei, vel ad orandum pro ipso, sicut debui ex charitate: sed magis fui commotus ad iram, vt contra ipsum, contemnendo & ludificando ipsum appetendo statim punitionem eius, vel habere potestatem puniendo eum. Et hoc accedit mihi propter duritiam cordis mei, & quia non recognosco patientiam Dei, qui supportauit me

in grauiorib^o peccatis absque punitione:& se de alijs.

Sunt alij , qui se clarius laudant in confessione,dicentes: Per gratiam Dei, satis bene me custodui à tali tempore vel circa à tali vel tali peccato . Nam bene continuaui officium , missas , prædicationes , & orationes meas . faciant qui volunt male : quia intentio bene facere facta mea , & me custodire à peccatis melius quam maior pars meorum vitiorum: & prius me permitterem occidi quam facerem tale peccatum , & in me non sentio alium defectum,nisi quia ego sum ingratus de beneficijs Dei : nec sum sufficiens ad regatandum Deo , qui me liberavit ab his peccatis,quæ faciunt multi alij . O Deus,isti sunt similes Pharisæo , qui ascendit in templum ut oraret : cuius oratio fuit tota sui exaltatio super alios,Sic & isti qui deberent se simpliciter accusare in confessione , super alios laudâ se, narrando bona quæ faciunt:de superbia autem & præsumptione, quæ latet interius , nihil dicunt.

Sunt alij , qui confitendo sua peccata , totam culpam imponunt Deo. Sic enim dicunt Deus dedit mihi naturam ita peruersam & promptam ad tale peccatum , quod non possum mihi cauere . Isti dicunt cum Adam , qui

dixit:

dixit: Mulier,quam dedisti , &c.quasi diceret, si non dedisses mihi , non peccasset . Sed isti apertè mentiuntur . Nam secundum beatum Gregorium, diabolus non potest vincere nisi violentem : cùm tamen de ipso dicatur quod non est potestas super terram , quæ illius potestari valeat comparari . Ergo multò minus potest quis violentari à concupiscentia naturali.

Sunt alij , qui dicunt:Fui deceptus à tali tentatiōe:quia Deus noluit me adiuuare, cùm tamē sepe ieiunarem,& orarem , & ad ipsum reuerteret . Sed isti accusant pigritiam suam & negligentiam suam:quia noluerunt vitare occasionem peccandi , & perseverare in oratione . Afferunt enim Deum impium & mendacem:qui tamen dicit in psal. Clamat ad me , & ego exaudiam eum.& Matthæi vnde cito: Venite ad me omnes qui laboratis , & oneratis, & ego reficiam vos . & alibi:Petite , & accipietis . & Apostolus dicit:Fidelis Deus,qui non patietur vos tentari ultra illud quod potestis : sed faciet cum tentatione prouentum, Sic ergo iam derelinquuntur à Deo , quia insipide & sine fide orant : nec volunt purgare se ipsos, nec perseverare patienter , postulantes auxilium Dei sicut decet:sed volunt habere gratiam statim sine labore , petentes etiam illam

illam à Deo non humiliter, sed præsumptuose tanquam digni, ac si esset obligatus Deus ei dare. Orant iphi cum securitate quadam, vt exaudiantur statim ut iphi volunt, & non sicut ipse vult: sicque putantes ipsum ducere ad auxiliandum, potius prouocant ad derelinquendum: quia superbè & præsumptuosè accedunt ad ipsum. Causa ergo lapsus eorum est superbia & negligencia, quam debarent simpliciter accusare.

* Occasiones quæ dantur alijs in peccando. CAP. XII.

TVnc etiam in confessione explicantur sunt occasiones datae alijs ad peccandum: quia omnium eorum peccatorum homo est particeps, quibus occasionem præbuit malitiosè. Unde confiteri debes, si malitiosè vel ignoranter dedisti alicui occasionem peccandi: nec nominare debes directè vel indirectè personam, cui dedisti causam: sed sola occasio est dicenda. Peccatum verò, quod factum est ab alio occasione tui, postea dici explicitè, quando estnotum confessori, non ille, qui fecit. Alioquin dic solam qualitatem delicti, sic dicendo: Feci fieri quoddam peccatum mortale vel graue, propter talia verba, quæ dixi: aut propter tale malum exemplum quod dedi.

dedi. Item si habuisti turbationem cum socio in itinere, vel in aliquo opere, aut propter officium dixisti male officium, quia male proferebat: non debes dicere: Socius meus me turbauit in tali, aut, dixi male officium meum propter defectum socij mei: quia sic accusas sociū, in cuius notitiam posset confessor venire. Dic ergo: Habui turbationem cum aliquo propter meam superbiam: quia ipsi dixi verba iniuria, & ipsum prouocaui ad dicendum mihi. Et si est illius culpa, dic: habui turbationem cum quodam propter impatientiam meam: qui non me supportare eum in charitate propter aliqua verba ab eo dicta, vel, dixi male officium cum aliquo in tali hora: & dictante mihi conscientia ut redicerem, propter pigritiam meam ego non redixi.

* Depollutione. CAP. XIII.

SI habuisti pollutionem carnis vigilando, dic causam expressè. Si dormiendo, dic causam, quam dedisse te credideris. Causæ possunt esse cibi & potus intemperantia, rei precedentis phantasia, aut alio modo: sed dicendo ipsum, propterea non dabis intelligere confessori numerum dierum præteritorum: cogitationes inhonestæ habitæ ante dormitionem, quas explicare debes modestè potis.

potissimum quando somnia ipsa præcogitati. Nec sunt recitanda somnia vitiosa & inhonestata, nisi antea cogitasses ea, aut post somnum cum delectatione, & mora, & motu carnis cogitasses: hæc sunt dicenda tanquam cogitata magis, quam somniata. Si vero somniasti habere aliquem actum impudicum cum persona, ad quam habes sensualem affectum, aut quam cœspexit oculo impudico: hos debes exprimere, ut causam illius somnij: quia homo pl^m in tabulis delectatur: & multi post somnum gaudent se talia somniasse. Vbi vero non fuerit aliqua de prædictis causis vel similibus: nihil de somnio est dicendum: quia nulla culpa est ibi: & tunc sufficit dolere in corde & ad quietandum conscientiam potest dicere: Habui somnum inhonestum: cui si de dissem causam, quæ nescio: tunc dico meam culpam.

De causis pollutionis. CAP.

X I I I .

Secundum sanctos patres triplex est causa pollutionis nocturnæ. Prima prouenit ex voracitate gulæ, & superabundantia cibi & potus: quæ est diligenter examinanda ab illa qui vocari sunt ad spirituale exercitium. Nam quandoque accedit aliquos relaxari in gula mis aliquo tempore: & quando abstinent, &

pol-

polluuntur in somnis, credunt quod hoc non accidat ex culpa in moderationis, sed potius ex debilitate vel necessitate naturæ. Sed errant: quia debent cauere, & iudicare ne venerit ex nimietate sauritatis præterit. Quod enim per voracitatem & ingluviem congestum fuerat in medullis: necesse est ut aliquid per pruritum, vel per insensibilitatem corporis iejunio afflicti egeratur: ita quod non solum abstinentium est à delicatis cibis, verum etiam à vilibus, & cum æquali continentia temperandum: imò panis & aquæ satietas est timenda: ut posset in nebiscis acquisita puritas permanere. Isti ergo, qui nondum æqualis continentia & moderationis gratiam funt adepti: non nimis perfectam pollutionem considerant: quæ ipsis etiam hominibus abstinentibus sic accedit.

Secunda causa quando per incuriam aut immunditiam mentis elabitur. Nam spiritualibus exercitijs vacua, & disciplinis interioribus non intenta, sensus corporis per vanas & immundas cogitationes euagatur. Ex quibus merito culpa elicuntur humores. Et ideo volentibus obuiare, necesse est priuare & hanc causam eradicare: videlicet mensis torporem excutere, & sensus refrenare: ne mens ad vana & noxia discurrat, & illis assue-

assuefacta excessibus, ad immundissima indumenta luxuriae somnians pertrahatur. Prædicta ergo negligentia acquirendi munditiæ, & evitandi immunditiam in confessione puriter explicetur.

Tertia causa potest esse illudentis inimici iniuria. Nam sua iniuria sëpissimè pollutio procuratur. Dum enim videt sanctum virum, qui per frequentem peccatorum confessiōnem perpetuam munditiæ puritatē studet acquirere, conatur eius conscientiam perturbare: maximè diebus illis, quibus considerat diuino aspectui complacere: fluxus illi^e emissione polluere: ut sic à sancta communione trahatur. A quibus iam verò contingere dicitur ex debilitate naturæ, quæ non est ita fortis & valida, sicut antiquitus dicitur extitisse. Haec causam potest quis in seipso aduertere, quando in illo turpi moderamine dictus fieri terris solito polluitur absque turpis somnijs interueniū: sicut ego quos da cognoui hac peste certis ter-poribus ter aut quater in hebdomada fordinari: quāuis non minus prædictæ illufioni possit asscribi.

Quali-

34 Qualiter post pollutionem licet vel non licet accedere ad diuina. CAP. XV.

SEcundum sanctorum patrum sententiam vigilanti circumspectione caendum est, ne ad communionem salutaris conuiij accedamus tempore, quo sentimus nos somnijs illatione pollutos. Sed si hostis inuidus taliter in mei nostræ illuserit, vt nobis coelestis remedij subtrahat medicinam: dummodo nullus reprehensibilis interueniat pruritus, aut oblectatio nis assensus: si fluxus iste fuerit naturali necessitate profosus, aut impugnatione hostis antiqui procuratus, & absque sensus voluntate deductus: debemus ad gratiam salutaris cibi nihilominus accedere cōfidenter. **Quod** si creditur euenisse occasione vitiosa: de illa debet se humiliiter subtrahere ab altari, ne in nobis verificetur sententia Apostoli, Qui māducat & babit indignè, iudicium sibi māducat & babit, non diuidicans corpus domini. id est non faciens differētiam inter perceptionem cibi cœlestis & carnalis: nec iudicans ipsum corpus Domini esse tale, quod non nisi pura mente & carne liceat manducare. Et ideo subinferte Apostolus: Ideo inter vos multi infirmi & ibiles: & dormiūt multi, quasi diceret: Multi ex

ex hac sumptioe & manducatioe indigna spiritualiter infimantur: & sommo mortali dolori multi per peccatum, quod ex ipsa indigna manducatioe & assumptioe incurunt. Prober autem, id est examinet seipsum homo antequam sacramentum percipiat, & diligenter se videat vtrum sit mundus vel immundus, vtrum deputus vel indeputus, vtrum reuerens vel irreuerens vtrum timens vel presumens accedat: etiam si certus vel certum se putet quod non vitiosè pollutus, vel aliquando tali peccato infectus. Non enim debet volens istum celestem panem sumere, esse contentus se non habere peccatum mortale, neque praecedenti nocte vitiosa occasione fuisse pollutum: quia licet haec duo quemlibet reddant ipso cibo indignum: alia tamen plura sunt pro quibus se homo debet ab hoc subtrahere reuerenter: quae explicare non audeo: quia a sanctis & doctribus ipsa expressa non reperi: atque illustratione gratiae Dei ea simpliciter relinquere decreui. Id tamen, quod pro me ipso retineo, est verbum illius, qui hoc instituit sacramentum: quem non credo illud frustra protulisse. Dicit enim, Hæc quotiescumque feceritis, in meam commemorationem facietis. Ex quo quidem verbo arguo mihi

mihi ipsi quod quotiescumque id volo agere quod ipse instituit, & modo praedicto reliquit: nequaquam sine remorsu conscientia ac præiudicio animæ & meo ad istud possum accedere: nisi præmemorata ipsius instituentis charitate: ac eius passione & morte. In cuius memoriā perpetuæ recolendani istud sacramentum debere confici & perfici, ipse claram afferuit & iniunxit. Considerans insuper circa huic sacramenti primordia lotionem pedum factam non absq; mysterio & sacramento: ibi q; dictū fuisse à Domino. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Agnoscō per hoc, & iudico non sine præsumptionis & grauis offensæ periculio aliquem velle habere partem secum, ipsum sacramentum sumendum posse pachita alicuius spiritualis gratiae lotione: quamquidem lotionem nō solum per compunctiones & lachrymas puto fieri, verum etiam per interiorē mentis denotionem & fidem, in qua ipse Dominus vocat & inurat animam, & ut hī & quodammodo cogit a ipsius cibum angelicum & coelestem. Vnde & ipse dixit illis, quos lauerat: Iam mundi es sis, propter sermonem, quem locutus sum vobis, Non dicas, propterea quia loci es sis: sed, propter sermonem. Hoc autem est verbum fidei, quod prædicatur.

mus, secundum Apostolum. Vnde in actibus Apostolorum legitur: Fide purificans corda eorum. Hanc autem devotionem & fidem celebrant, seu sacramentum sumentis, credo esse illam, qua celebrat, & qua facit ipsum sacramentum percipi cum affectu: sicut & verba Christi sunt illa, quibus consecratur & trahuntur substantia panis & vinum in corpus Christi & sanguinem. Quam quidem devotionem voco Dei gratiam, quae praeuenit & disponit, subsequitur & infundit. Ad hoc ergo sacramentum cum instantia feruentis & assidue orationis procuremus modo praedicto vocari a Domino, videlicet præhabita ipsius memoria, atque compunctionis & devotionis & fidei lotione, ad quæ preparari nos oportet per mentis & corporis munditiam, & per linguæ ac sensuum refectionem, & per nostrarum passionum continuam moderationem.

De fluxu libidinis. CAP. XVI.

PRÆmittendum quoque illud non est quod quibusdam contingit interdum concitatio dubetas & perturbatio magna, vnde ipsi vigilantibus absque ulli commotione carnis & cogitatione imminuta, humor quidam per-

met-

membrum secretum egreditur sine delectatione, & quasi insensibiliter: ita ut multi de hoc aliter non perpendant, nisi cum pannos sentirent maledactos. Cuius causam aliqui ignorantantes turbantur & errant, putantes se esse pollutos. Et ideo sciendum est quod illus humoris effusio non est pollutio: quia, vt dicunt medici, sine libidinosa delectatione & carnis motione nullus potest pollui vigilando. Ad ipsius tamen effusionem humoris videtur naturalis conditio causam exhibere primariam: sed deinde id, quod natura disponit causam viae & inevitabilis perficit & consummat. Quibusdam hoc prouenire agnoui propter solam præsentiam & allocutionem personæ alicuius, in cuius aspectu habent complacentiam sensualem & vanam, seu ad quam inordinato amore afficiuntur, aut per tactum impudicum lenem, aut imaginando aliquos actus impudicos fortiter & merose. In his enim casibus, & alijs similibus, multi inueniuntur habere calefactions & commotions carnis libidinosas: dicuntq; se humorem emittere velint coarctari. Sed eas causas, & timores quæ sunt curtabiles, debet fugere & evitare pro posse, maximè qui sentit se de hoc passionatum, seu ad hoc naturaliter inclinatum, sive ex via mentis, sive ex

H 2 debili-

debilitate naturæ. Et qui occasiones huiusmodi non euitauerit iuxta posse, relinquendo aicitiam & familiaritatem personarum, ad quas inordinatè afficitur, fugiendo etiam allocutiones & aspectum personarum; licet non cedam ipsum per dictam effusionem peccare mortaliter, nisi forte aliter concupisceret, aut impudice tangeret personam, quæ est causa istius defectus: tamen credo eum grauiter peccare, & in magno peccati mortalis esse pericolo. Et ideo consilium illi do quod absque dilatione morosa ipse sibi voluntiam faciat in hac parte, fugiendo personas huiusmodi, atque cum eis opportunitatem loci & temporis evitet. Hic itaque prædictus fluxus, quid quibusdam vocatur libido, si potest euitari ipsius occasio, & studiosè non euitatur: est omnino confitendum cum suis occasionibus, & negligentia habita circa ipsis. Si vero contingat ex causa, quæ vitari non potest: sicut quando audiuntur verba impudica à casu: vel loquitur cum persona, vel sedet iuxta eam, de cuius praesentia habet complacentiam vanam, & ab ea separari non valet: in his & similibus credo quid tam de occasione habita & potentia vitandi, quam de fluxu illius libidinis dolor est simpliciter habendus.

bendus. Quia tamen dubitare in talibus, quæ spectant ad conscientiæ puritatem est quandoq; valde proficuum, poteris hoc confiteri propter quietudinem mentis & pacem: quanvis expedire non credam.

* Complacentia habita in memoria peccati. C A P. XVII.

Sciendum est quando cogitas de iniurijs perceptis, & in illa memoria turbaris intrate cum aliqua mora, & petis vindictam fieri, aut gaudes factam esse, aut doles quid non fuit facta per te aut per alium, aut imaginaris aliquid facere, aut aliquem motum tenere animo vindicatio, hæc omnia sunt confitenda, & alia quæcumque similia, si sentis in mente tua ratione istius iniuriæ appetitum vindictæ. Si autem remorando mala præterita, quæ fecisti, non habes dolorem, sed potius delectationem in eis, & propter hanc delectationem facis moram ibidem: non credo expedire quod specificis ipsa peccata memorata: si aliâs integrè confessus, es. Et si habuisti aliquam delectationem in mente, sufficit tibi dicere: Mihi veneunt ad memoriam quædam vindictæ vel iniuriæ, quas feci, vel quædam peccata gravia, quæ commisi, de quibus non solum non

habui dolorem in tali cogitatione , sed & de ipsiis cum multa complacentia cogitau. Efti tibi aliquid occurrit in carne vel in mente propter dictam complacentiam , quod tibi vide tur aggrauate peccatum , ipsum etiam debes confiteri . Verbi gratia : Si de peccato luxuriae per te facto habuisti memoriam , & de hoc habuisti motum carnis , & pœnitudinem , quia ipsum peccatum non fecisti pluries , vel cum pluribus : tunc sic debes dicere : Ex imaginatione , quā habui de quodam peccato luxuriae , habui motum carnis , & complacentiam in mente , & appetui illud fecisse multoties , & cum multis personis . Et sic non oportet te indicare confessori te iam fecisse illud peccatum , nisi forte aliâs indicasses eidem , & nisi pro maiori humilitate & merito velis ipsum ei similiter explicare . Si autem recordar te habuisse opportunitatem faciendi aliquod peccatum quod non fecisti , & in ipsa recordatione non gaudes te euafisse illud peccatum , ne regratiaris Deo quia custodiu. te ab ipso , & abstulit opportunitatē & voluntatem faci di ipsum : omnia ista sunt plenius referenda . Videtur enim haec magna ingratitudo , & peccati cōmissio voluntaria . Sed si in predicta recordatione peccatorum , & maximè cardin alium , nō posse vitare complacentiam & mo

tus carnis , dū velles ea studiosè recolere , & es fer cauta teipsum excusandi à compunctione & dolore : confuso tibi quid non ea speciali t errecolas , nec etiam alia peccata , quæ non potes sine complacētia recolere : sicut est vindicta facta per te vel per alium de inimico tuo : aut damnum vel mortis , si quem occidisti . Debes ergo omnia peccata tua si vis confite ri generaliter sub duabus , scilicet superbia & delectatione carnis confiteri , dicēdo sic : Cor de meditando , & ore proferēdo dico meam culpan de superbia , quam habui contra Deū & proximum , irascendo , inuidendo , alios provocando , Mundi gloriam appetendo , proximos iudicando , Dei creaturas contemnendo , meipsum bonum reputando , & alios viuiscādo , de Dei operibus ac iudicijs & eius permissionibus murmurando , bonas eius inspirations , & omnia eius beneficia negligendo , impetus vitiosos sectando , blasphemando , & nomen Dei in vanum proferēdo , & linguam meam contra veritatem per mendacia & simulationes , per duplicitatem & adulaciones , per iuramenti & multa alia verba vitiosa laxādo , otiosè & acediosè viuendo , de me nimis cōf dēdo , & de fide dubitādo , & de occultis Dei operibus rationē præsumptuosè querēdo , p

quām' oportet sapere de Deo & de proximo;
 & de hoc seculo scire cupiendo, gratiam Dei
 non humiliiter affectando, dona Dei occu-
 do, temerariè prophetizando, non in verita-
 te, sed in hypocrisi & falsitate coram Deo &
 hominibus ambulando, & multa alia super-
 biam mentaliter & corporaliter exercendo.
 Postquam confessus es, dic in animo tuo, ma-
 xime quando te vides morti proximiū: O ani-
 ma mea, egressus tuus appropinquat, & pro-
 pè est terminus tuæ superbiæ: & propè est fi-
 nis delectationis huius mundi, & miseræ car-
 nis tuæ, quam in delectationibus corporali-
 bus nutritisti, plus ipsam amando, quam Deum,
 plus ei complacendo, quam tibi, plus labora-
 do pro ipsi, quam pro te: plus obediens eius
 concupiscentijs, quam diuinis inspirationi-
 bus & consilijs, scilicet dum studiasti satisfa-
 cere sibi in delectationibus gulæ & luxuriæ
 multis & diuersis modis, opere, & voluntate,
 atque satiare eius visum, auditum, tactum, &
 odoratum, quantum & qualiter potuisti. Con-
 sensisti amore ipsius carnis amittere maxi-
 mam partem tui temporis, superflue dor-
 miendo, & occupando te in nimia cura &
 sollicitudine rerum temporalium & corpo-
 ralium, te exercendo plus propter avaritiam
 & dele-

& delectationem, quām propter necessitatē
 Consenisti cius nequitia, quam habuit sem-
 per ad operandum malum quod potuit. In
 his fuit vita mea, in his expendi tempus meū.
 Vbi ergo es vanitas mea & superbia mea?
 quò perrexisti delectationes meæ carnis? qd
 mihi attulisti? quid mihi reliquistis pro subie-
 ctione & obedientia, qua vobis tot annis de-
 seruii? Pro vobis contempsi vitam ater-
 nam, amisi Deum, & acquisiui infernum. Per-
 didi gaudia infinita, & lucratus sum lamen-
 ta æterna. Privatus sum societate sancto-
 rum angelorum, & metui fieri socius ciuium
 infernorum. Considera ergo ò anima mea,
 qualem te fecit Deus, quia ad imaginem & si-
 militudinem suam: & modò sic es denigrata
 peccatis, nec aliquam virtutem in te agnoscis.
 Considera in te imaginem tentatoris tui, qui
 te depinxit colore superbiæ, gulæ, luxuriæ, au-
 aritiae, vanæ gloriæ, & accediae, & ingratia-
 tudinis, & negligentiae, odij, & vindictæ. Suas-
 ist tibi contemptum Dei, & apposuit amo-
 rem seculi. Induxit te contra proximum ad
 murmurandum, iudicandum, decipiendum,
 contemnendum, detrahendum, & alienos de-
 fectus ponderandum, & tua vita grauia non
 videndum. Non video igitur, ò anima mea,
 nū vt prouoceris ad gemitum: fletum, plan-
 etum

planctum , tristitiam , & lamentum : & clamores humilitatis & feruenter ad Dominum : Domini ne in furore tuo arguas &c. Miserere mei Deus , &c.

¶ Qualiter cogitationes inhonestae sunt confitenda. CAP. XVIII.

Plerique dubitat , si cogitationes inhonestae sint exterius explicadæ . Credo quod hoc facere sit puritatis & perfectionis & magni meriti : sed non credo esse necessitatis semper , nisi quod ex nimia mora facta in cogitatione illa homo sentiret se inclinari ad faciendum & perficiendum cogitatum , si haberet oportunitatem , quam vellet : aut si pollueretur ex illa vehementi cogitatione morosa : aut si inordinatè afficeretur , ad aliquam personam : & inde multum molestaretur in cogitatione , habendo motus carnis : & imaginando habere aliquos affectus impudicos cum ipsa persona . Hunc enim affectum inordinatum debes exprimere cum cogitationibus & moribus carnis procedentibus ex ipso affectu , dicendo sic : Habui affectum sensualis & inordinatum ad quandam mulierem vel quandam iuuenem talis conditionis : & hunc affectum cōcipiet complacentia habita in aspectu & collocutione ac præsentia corporali ipsi & de ipsa vel de ipso habui tot vicibus aut multoties imaginationes turpes respiciendo

eum

eum oculis corporis vel metis , vel faciem , vel aliam partem corporis eius , scilicet magistrum cum ipsa persona habere amplexus & oscula vel talem actum impudicum : & in his feci moram per magnum spatiū habendo ibi motus carnis libidinosos : & specialiter accedit mihi in oratione existendo , aut missam dicendo : & semper negligens sui laborare posse ad expellendum talia , propter niuinam delectationem , quam habebam ibidem : nec curaui quantum potui frenare oculos ab aspectu illius personæ . quando etiam in præsentia eius . Quicunque igitur tales & tali modo cogitationes & affectiones vitiosas exprimeret , ab eis citò liberaretur : dummodo cum tali confessione commutaret conuersationem , & custodiam sensibus adhiberet : quia dæmon non potest sustinere humilitatem puræ confessionis : cum sit superbus & immundus , omnisque humilitatis & modestiae inimicus . Et ideo , non est melior via & facilior ad euadendum tentationes superbiæ & luxuriarum , quam cogitationes vitiosas cum suis circumstan-

tijis concurrentibus in carne vel
in mente sape & clarè detegere
re confessori & toties ex
primere , quoque
renouatur.

De

N. De motibus carnis. CAP. XIX.
Sciendum est quod motus in carne qui non
 prouenit ex cogitatione impudica, absq;
 voluntate, & sine causa, scilicet visus, vel audi-
 tus, & sine aliqua causa extrinseca inhonesto,
 sine dubio prouenit ex nimia repletione prius
 facta in cibo & potu. Quidam tamen putant
 quod proueniat ex nimia virginia: quod potest
 esse, maximè quando constat eis q; non pro-
 uenit ex aliqua causa praedicta. Et ideo oportet
 hominem esse parcū in diæta quo ad qua-
 litatem & quantitatem, quādō de talibus mo-
 lestatur contra voluntatem & dissipentiam
 suam. Nam ex nimia repletione ventris sequit
 pruritus libidinis: quia secundum Hie. venter
 & genitalia propinquā sunt. Et hoc intelligo
 quando non à causa exteriori. Et tūc oportet
 cauere ipsum ab aspectibus & pollutione, &
 ab approximatione peritonarum, in quarum
 præsentia sentit se sensualiter delectari. Alio-
 quin ille, qui videtur motus naturalis, fieret vi-
 tiosus. Et quamvis sit securum confiteri tales
 motus præcedētes sine causa vitiosa, quorum
 intemperantia videtur causa, dum tamen per
 ipsos non turbetur amor & desiderium puri-
 tatis in corde, corporalis castitas non ma-
 culatur. Si vero procedunt à causa vitio-
 sa, confitendæ sunt cause, locus, tempus &
 mora

& mora contrafacta in eis, & vices motuum: si-
 ecut suprà de circunstantijs peccatorum dictū
 est. Non enim sufficit generaliter dicere cul-
 pam de motibus: sed debes dicere sic: Dum
 essem in ecclesia, vel in oratione, vel dum au-
 direm missam & prædicationem cogitaui ta-
 lem actum turpem, aut habui memoriam ali-
 cuius personæ, in cuius aspectu iam habui va-
 nam complacentiam, aut inordinatum amo-
 rem; aut aspexi in ecclesia tamē personam cū
 complacentia impudica: cuius causa habui
 motus carnis impudicos toties, & per tantam
 moram. Et si dixisti illi personæ tibi gratosæ
 aliqua verba pro luxuria, vel fecisti aliquod
 seruitium malitio, ut scilicet haberes compla-
 centiam libidinosam & motus carnales per
 maiorem moram: totum confiteri debes, ma-
 ximè si verba non dixisses, aut seruitium non
 fecisses: sic prolixè, nisi de istius præsentia de-
 lectationem habuisses.

N. De periculo familiaritatis duarum per-
 sonarum spiritualium. CAP. XX.

Quoniam multi videntur negligere quas
 agnoscunt affectiones suas vitiosas, &
 per consequens non curant confiteri cum ta-
 men

men diligenter sint perscrutandæ : & cum suis vitijs orientibus ex ipsis exprimèdat: ideo prætermittere non intendo quòd multi nimis afficiuntur ad scipios: quidam ad aliquas personas: quidam ad honores: quidam ad diuitias temporales. Et quia hæc sunt sicut matus inter Deum & animam: ideo nullus hominum labens aliquid de prædictis, potest in via Dei proficere, nec habere puram orationem: & maximè quādō est carnalis affectio ad personam. Et de hac intendendo modò loqui. Nam talis affectio multos spirituales sub specie amicitiae spiritualis à statu orationis impedit, & impediuit. hæc est inquietudo mentis pestifera, orationem mentis & oris inficiens & dilatans: & affectus cœrarios orationi in mente generat & exercet. Nam sicut oratio puramentem purificat, illuminat, laetificat, confortat, & impinguat: sic carnalis affectio & immunda mentem inficit & obscurat, contumaciat, debilitat & desiccat, & corpus eiusdem maledictionibus implicat. Et quogiam de spiritualibus loquor, propter quos ista scribo: nō uerint ipsi q̄ licet carnalis affectio sit omnibus periculosa & damnosa, eis tamen perniciosa est magis, maximè quando conuerterunt cum persona, quæ spiritualis videtur. nam quamvis horum principium videatur esse p-

rum, frēquens tamē familiaritas domesticum est periculum, delectabile detrimentū, & malum occultum, boni colore depictum: quæ qui dem familiaritas quantò plus crescit: tantò plus infirmatur principale motiuū, & vtriusq; puritas maculatur. Nō tamen hoc statim pendunt: quia sagittarius à principio nō mitit sagittas venenatas, sed solum aliqualiter vulnerantes & amorem augmentantes. Ad tantum verò in breui deueniunt, vt iam nō in vellut angelos (sicut incepserant) se inuicem alloquantur & videant: sed tanquam carne vestito se mutuò intueantur & sentiant intendentes quibuidam commendationibus ac verbis blanditorijs & adulatorijs, quæ videntur ex prima deuotione procedere. Exinde vñus incipit alterius appetere præsentiam corporalē: m: quia forma vel species corporis in vtriusque mente concepta incitat eos ad voluntum præsentiam corporalem, quia insidet eis præsentia mentalis. Sicq; spiritualis deuotio paulatim conuertitur in corporalem & carnalem affectum. Et sic ipsorum mentes, quæ solebant in oratione cum Deo absq; in te medio loqui, nunc inter se & Deum alter alterius ponit corporalem effigiem, quam ve- lant & obtenebant ponentes sub ipsis faciem Dei cum facie creaturæ. Et, quod non minus

minus horrendum est, cùm hi proprium errorum deplangere & emendare deberent, quod in ipsis nutrimentis est erroris, totum illud indicant ex maxima charitate procedere: cuius merito, puto, & sibi inuicem mentientes referrunt quòd in oratione unus alteri praesentatur, vt maxime ei delectabile, ac si pro inuicem orare cogintur, gratia & virtute diuina: ac per hoc consolationem simpliciter sensualem, quam habent in illa representatione de se inuicem facta in oratione predicta resiliunt & affirmant, ac asserunt esse spiritualem gratiam & diuinam. Quales autem illusiones recipiant à sagittario supra dicto specialiter mulieres, quæ citò fidè adhibent illusioni materiali, effet horribile, & quasi impossibile decrare. Sentiunt nanq; in visione praefata & re. presentatione mentali calorē quendam ignitum à sagittario illo iactatum, quam credunt & dicunt esse ignem charitatis à Spiritu sancto transmissum, volentem coniungere spiritum unius spiritui alterius vinculo charitatis: cùm tamen sit ignis libidinoli amoris, peor frequenter manifestant, & inde deliberant tāquam spiritualiter unitos, posse securius, & pius ac prolixius simul loqui, atq; in hoc tempore non perdere, sed lucrari: proinde modos insolitos

insolitos & cautelas mirabiles adiuueniunt, quibus procurant simul colloqui, & frequenter allegantes unus alteri causas utilitate vel necessitate depictas: cùm tamen in veritate nihil sit aliud in causa nisi libido, cui ratio omnis iam succubuit. Sic itaque carnali concupiscentia seu complacentia excæcat, tempus, quod olim confuerant in oratione expendere, ac spiritualiter occupare, nunc in huiusmodi familiaritatibus & colloquijs perdunt: & sic (quod dolendum est) consolaciones diuinas pro carnalibus commurant. Amodo igitur nisi hora serotina cogente, aut alia inevitabili causa, non possunt ab inuicem discedere: & tunc inuitè & tristes discedunt. Hec autem tristitia est certissimum indicium quòd carnis vinculo sunt alligati. Et per hæc visitationes & consolationes diuine à carnalibus & diabolici discernuntur. Denique quāuis se multis exponat periculis, multa mala incurvant dum eorum obtenebratis conscientijs, iudicant quædam sibi tanquam spiritualibus esse licita, quæ fieri nequeunt absque periculo & peccato: putauit tamen melius esse non multa de hoc calamo exarare. hæc tam tacere non valeo, quin aliqualiter referam: maximè quia non longè à temporibus istis similia congerunt. Tamen spirituales

prædicti quandoque se deduci permittunt ut se inuicem familiariter tangant subspecie charitatis , referentes sibi inuicem immensum cordis amorem , quod imprudenter charitatem appellant . Sed in hac reservatione amoris est summum periculum : quia ex hoc fabruntur sagitte que mentes eorum vulnerant mortali- ter atque venenant . Et quod super omnia vide tur mihi horrendum , Deo , Angelis , hominib⁹ , etiam à dæmonibus fuerunt iam aliquæ spirituales nomine spiritu luxurioso imbuīæ : quæ pro excusatione suæ libidinis præsumpserunt dicere se habuisse in illis actib⁹ impudicis magna seu timida de Deo . Quod nihil aliud esse iudicio , nisi quoddam ineitamentū , & inducīum ad similia securius reiterandum , & pe- iora perpetrandum .

Dic mihi , qui talibus eredis & adhæres , si istæ sunt veræ spirituales , vt afferit . Quid aliud loqui aut facere deberent , nisi quod à Spiritu sancto procedere potest vel proce- dit ? Ab illo autem nihil procedit noxiū , sed solum quod est vtile & honestum . Quid enim ad Spiritum sanctum de talibus oscula- lis ? aut qualem honorem inde consequuntur Deus ? & quæ vtilitas , aut quæ necessitas übi ad salutem , vel alteri , vt hostactus facias vel patiaris ? Quæ conuentio spiritus ad libidi-

libidinem carnis ? Quæ igitur tua præsum- ptio , vt hanc contumeliam inferas Spiritui sancto ? scilicet attribuendo sibi tuæ impudi- citiae foetorem , quam vix demones patiuntur : quamq; temeritas tua mulier hypocrita à fa- cie Dei proiecta vsque eò dissimulas , vt di- cas delectationem carnis libidinosam , esse gratiam & consolationem diuinam . Rece- de ergo fera peisima de finibus meis : quia nec dæmones possunt tuam præsentiam su- stinere . Hæc itaque , fratres charissimi , non incongruè huic operi sunt incerta : vt sciat vnuquisque per hæc quod venenosa affectio sub colore spiritus acquisita , summè impe- dit puritatem confessionis , & cordis mundi- tiam : vt si hanc fugiat tanquam vitiosam , rubiginem , quæ vix potest aboleri de mente si alicui fuerit applicata , præcipue quia tales personæ quandiu sunt hac sagitta percussæ , quasi nunquam puræ & integræ confitentur , eò quod ipsum morbū despicabilem in per- sona spirituali , verecudentur toties detege- re plenæ & integræ confessori : quia veter- tur exprimere aliquas circumstantias tali affe- ctione annexas : quas vel tacent , vel expri- munt imperfectè , vtentes verbis operenti- bus dictum morbum , sic vt occupatio men-

tis sit quasi continua circa personam dilectum , & oratione , & in cunctis actibus suis & imaginationes turpes de ipsa vana concupiscentia cordis , & in memoria , & aspectu metali ipsius , & negligentia in uitando eam præsentiam & colloquium , & alia plura , quæ ipsi experiuntur : propterea sœpe mutant confessorem , aut vellent mutare , si possent . Sic que tristes sunt & acediunti frequenter tam ratione affectionis fluctuantis in mente , quam ratione confessionis imperfectione de qua ipse met contristantur . Sed quod peius est , cum ipsi deberent querere medicos spirituales cautos , & expertos , qui scirent illam ægreditinem & causas eius agnoscere , & congruum remedium adhibere : non solum non faciunt , sed potius , si semel ad aliquem tam peruerenterint : extunc ipsum fugient , nec revertuntur ad ipsum . Querunt ergo confessores idiotas & simplices , qui nec morbum intelligunt , nec causas eius cognoscunt : & ideo ne sciant adhibere congrua medelam . Tantum de hac materia dixisse sufficiat : ut per hoc animentur per viam puram & immaculatam incedere , & fugere periculosa illam familiaritatem mulierum spiritualium : quæ non melius quam fugiendis taur

tatur . Satis enim posset quis hac sagita percussus se ieiunijs , vigilijs ac disciplina affigere , & orare : si tamen non fugiat personam , & omnem occasionem despiciat , nunquam curabitur ab illo morbo : sed magis augebitur illud vulnus . Propter quod sequamur cōsilia beati Hyeronimi dicentes , Fœminam , quam vi des bene conuersantem , mente dilige : à corporali frequentia caue ; quia initium libidinis in visitatione mulierum est . Et Mundus cum mulieribus non melius vincitur , quam fugiendo : quia cum cæteris vitijs & morbis quis possit resistere : huic tamen nō potest nisi per fugam . Et alibi : Si mulier potuit vincere eum , qui iam erat in Paradiso : non mirum si eos impedit , qui nondum ad Paradisum peruererunt . Et iterum : Solus cum sola non sedeas in secreto absque arbitrio & teste : nec sub eodem tetragono solus cum muliere manseris : nec in preterita castitate confidas : quia tu nec Samson fortiores , nec Salomone sapientior . Si forte dicas , iam corpus mortuum est : dico quoniam diabolus vivit , cuius status prunas extinctas ardere facit . Item dicit : Omnes virgines Christi & puellas aut æqualiter dilige , aut æqualiter ignora .

Item beatus Augustinus dicit : Sermo brevis & rigidis cum mulieribus est habendus .

Nec tamen quia sanctiores sunt, ideo minus cauendæ. Quod enim sanctiores fuerint, eodem magis alliciunt: & sub prætextu blandi sermonis immiscent se vitijs impissimæ libidinis. Crede mihi, expertus sum: in Christo loquor: non mentior. Cedros libani, id est contemplationis altissimæ homines, & gregum arietes, id est magnos prelatos ecclesiæ, sub hac specie corruisse reperi: de quorum casu non magis presumebam, quam Hierony. & Ambro. sic ait Bern. Quotidie conuersari cum muliere: & continens vis putari? Esto quod sis: maculam tam suspicionis portas, Scandalū nihili est: tolle materialem & causam scandalii: quia vae homini illi, per quem scandalum venit.

 De verbis vitiosis,

C A P. XXI.

Sciendum quod verba vitiosa & grata a diuinis sunt confitenda: scilicet secundum differentias suas, & incircumstantijs & occasionibus eorumdem. De murmuratione, quæ sit quando narratur defectus personæ absentes, sic confiteri habes: dic virum verè vel falsè, & propter quam causam, scilicet propter odium vel vindictam: si tu duxisti vel inducesti fecisti aliquem ad hoc: vel despexisti: si alicui ex hoc nocuisti: vel alicui audienti generasti odium

odium de illo, de quo dixisti vel aliquid mali accidit, aut velle accidere desiderasti. Non ergo sufficit dicere: multoties murmuraui, & de multis: nisi ista explices. Non tamen dicas defectum eius, de quo murmuraisti, si est verus: nec nomen personæ dicatur, nec qualitas personæ aggrauantis peccatum: sicut de patre tuo, de sancto viro, de praelato, & propter quam causam. Et si defectus est falsus confitere defecisti, & personam, cui falsum imposuisti: & debes renocare coram illis, quibus propalasti, maximè defectus esset gratis. Sunt tamen quidem, qui ut minus displiceant confessori expriment personam, cui fecerunt iniuriam, vel de qua murmurauerunt, quando ipsa persona reputatur mala, & quali ab omnibus, vel præ omnibus odiosâ: vt per hoc indicentur minus peccasse. Sed hoc est vitiosè dictum: quia debent in cordibus suis reputare, & per confessionem ostendere seipso esse peiores quam illa persona, quam in sui excusationem nominare presumunt. Quidam adhuc peius faciunt: quia ut placeant confessori, personam expriment de qua murmurauerunt, aut offenderunt, auferendo aut impediendo eius bonum: quia sciunt illam personam dispendibilem confessori. Iti grauius peccat se confitendo, quam sit peccatum confessum: quia contra charitatem proximi

dupliciter peccant : quia faciunt confessorem de peccato gaudere quod confitentur : & dicunt iniuriam , quam alteri intulerunt : & sic non dolent de peccato, quod confitentur, sed potius gaudent, putantes per hoc captare benevolentiam pro detractione: quæ grauior est peccato confessus: quoniam detracatio est quasi quoddam homicidium spirituale occultum: sicut quando aliquis audit aliquem laudari de aliqua virtute & sufficientia, & conatur auferre de corde laudantis aut cuiuslibet audientis illam bonam opinionem, quæ habetur de illo , negando illud , & potius defectum illius declarando, aut hypocritam appellando: quia dicit quodquid facit , pro humana laude facit. Hoc autem vitium committitur propter inuidiam aut vnam gloriam . Nam detrahor querit laudari super alios , & potissimum super illum , cui detrahit: aut timet minus reputari, quam ille , qui laudatur . Et inde oritur graue peccatum: quia affectant mortem: aut expulsionem, aut tribulationem: aut casum illius, de cuius laude tristantur : & statim sunt depositi ad audiendum hoc de ipso cum gaudio. Quod vitium nonnullos spirituales pulsat, qui nondum paracletum receperunt. Quidam autem ore non murmurant, nec detrahunt de alijs, ne & ipsi despiciantur, aut murmuretur de ipsis: ap-

petunt tamen illud ab alijs fieri. Et omnia talia cum modis & causis sunt confitenda integrè: De duplicitate quæ dicuntur inédacia: quæ est, quando lingua & intentio non concordat quia facit intelligi & credi quod non est: tales quādōq; sunt duplicitates proditoris, sicut fuerunt in Iuda quando dixit Aue Rabbi. Iste mel in ore gerunt, & retro pungere querunt. Nam post oculum fecit Christum capi. De simulatione, quæ est in verbis, signis & operibus, exterioribus, cuius contrarium est in mente: hoc est proprium hypocritarum. Est autem simulatio falsitas veritate depicta, vel vitiū verbis & actibus virtuosis opertum. Simulatio in verbis est quando te dicis insipientem & vitiosum, ut per hoc humilis reputeris: & cum hoc præligis, ut sic nō credat, nec reputeris, quia appetis virtuosas & sufficiens reputari: & econtrario turbaris, si talis reputeris . Et igitur humilitas in verbo, superbia in mente. Simulatio in opere est quando sit actus virtuosus ut acquiratur solum fama. Simulatio in signo, est quādō prætenditur honestas in sensibus, sed cor est plenum in honestate: nec trahitur quis in opus nisi quia caret opportunitate quā vellet. Sic quidam religiosi de die quandoque ut putentur sancti & honesti, sensus suos valde componūt, & maxime in officio & in choro , inclinatio-

nes profundas & similia faciendo : sed deo-
cte nulla signa deuotionis ostendunt, dum nō
sentiant se videri. Sic quidam se macerant ab-
stinendo , vt spirituales appareant & iudicen-
tur . Aliqui exterius apparent patientes subi-
dendo : qui tamen pleni ira & tristitia dolent
de iniuria eis facta:& sic omnis hypocrita est
simulator , duplex & falsus , & per consequens
inimicus & proditor veritatis. Et ideo qā huic
vitio multa sēnt annexa alia: ideo cum diligē-
ti examinatione debet in confessione euome-
re virus suum.

Mendacia secundum suas species sunt con-
fiterenda : quia quadam sunt alijs noxia: & hæc
grauiora nō noxijs. Quædam deliberatè pro-
lata , & grauiora illis, quæ proferuntur à casu.
Quædam sunt iocosa ad gaudium prouocan-
tia, quæ tamen à viris perfæctis sunt arcenda.
Quædam vero dicuntur mendacia per quan-
dam inaduentiam , sicut faciunt narrantes
historias , aut multum prolixè loquentes , de-
bet confiteri quæ noscunt falsa . Qui vero in
prædicationibus narrant miracula non vera,
aut historias derisorias seu fabulas , seu etiam
narrat textum scripturæ sanctæ, & trahunt iu-
debitè vt coaptent verba sua male faciunt , &
confiteri debent : quia tot veritates sunt in sa-
cta scriptura, quæ possunt dici: quoniam men-
dacio

dacio non eget Deus . Adulatoria vero veiba
seu blanditoria ad complacendum, vel vt com-
